lo præterq̄ ab uno deo possunt. Ex rebus aut̄ cognitis il-
le pouissimū delectat: quæ uidetur amabiles.

Amor
gnid

LXVI.

LXXXII. Viderunt autem id omnes: quod bonum esse opinamur. Bonum vero id praesertim: quod autem utile appareat: aut iucundum. Multo autem magis si non utriusque desit alterum: quia non etiam tale bonum erit: nisi deceat honestusque sit planeque laudabile. Nihil igitur quod sua natura sit turpe: faciemque non habeat honestum: recte bonum appellaueris. Quod si non est bonum: ne amabile quidem: tam et si plerique id saepe numero et amant et sequuntur: quod opinione modo bonum esse sed etiam magnum bonum. Que quidem opinatio non aliunde oritur: quia ex ea parte animi quae rationis est expers: quamque sensualitate appellamus. Quibus ipsis omnibus ex rebus illud colligitur: amor enim unum esse natura: semperque ad bonum tendere: quod ea a quo nascitur uoluntas sit una: nihilque aliud requiratur nisi bonum: tam et si saepe fallitur opinione boni.

LXXXIII. Igitur amor et si unius est natura: per eorum tamemque amantur uarietate: perque amantis affectu: quia ut honestus ita turpis esse potest. Solet uariari nec simplex esse. Atque ideo Cupido non sicut geminus dici potest. Quiaque enim instinctu naturae atque fædere suas quisque cum propinquas cæteras: tamen sorores quam honestissime diligit: si tamen subiecta ratione sensitius ille appetitus ualuerit: obliterata tamen cognatiœ natura in petu suo utitur. Ex quo plane illud quoque concorditer: quiduis et honeste amari et turpiter posse. Sed tamem non eodem aut puto tempore: aut

gēnere amoris. Verum hēc lēco ne illud quidem prā-
 termiserim: quēd quibusdam solet impossibile uideri: eā
 dēm amoris in quōvis genere naturam & uim ecclē q̄
 mores esse posse: quasi uero nō utrobiq; Cupidinis simu-
 lachrum significatione locum habere uideaē. Quam
 tu quidem Antoni ad eos tantiū modo existimasti per-
 tinere: qui corporis uoluptati adhāsissent. Ego uero ne
 eos quidem excipiendos puto: qui deum ip̄m unum &
 uerum amant. Nam si singamus & eorum amorem qui
 deum quēritant & mulierorum: uel ulementia magni-
 tudineq; omnino parem esse: quid faciunt illi amatæ
 rei fruendi causa quod hi non faciant? Pariter enim
 cupiunt: gaudent: ludunt: iocantur: exultant: lētantur:
 orant: precantur: supplicant: implorant: cōfessant: timēt:
 dolent: obsequuntur: seruiunt: ac quicquid agunt pro-
 bant: idq; licere & recte fieri existimant. Aēque sese or-
 nant: eaq; agere conātur: quibus & placere & redama-
 ri iure queāt. Nec oīo curāt quid de se iudicet orbis etiā
 uniuersus: mō quod cupiūt adipiscant. Præterea cū re-
 rū cæterarū: nū sui obliuiscunt: quorū aīus aīq; īgeniū
 nō ī alio penitus uersat̄ elaborat̄ ue: q̄ in cogitādo cōtē
 plādo ue id quod amat. Tū spēnunt corporis cōmoda
 forūnas: iō nominiā: laudē: gloriā. Postremo famē: sitū: al-
 gores: æstus: labores: uigilias: eruminas: dolores perpetiū
 uer. Pericula deniq; mortemq; ipsam non formidant.

L XVII.

Superat enim amor, ut ante diximus, omnia. Sunt igit̄ unisq̄ mores adiutusq̄ cōmunes. Nec mirū profecto quādoquidē utriq̄ quod amat: quod cupiūt: quod sperant: uiribusq̄ oībus prosequunt̄: ac student adipisci: id bonum esse opinant̄. Hoc aut̄ tantūmodo differunt: q̄ nō tā diuersa q̄ aduersa est ratio modisq̄ fruēdi. Nam honeste alteri & bene amant: atq̄ ideo beate. Alteri uero ut turpiter: ita male ac misere.

LXXXIII. Quare nō difficile intelligit̄: ut est s̄aepē dictū, duo omnino esse amoris genera. Vnū quidem honestū quod est rōnis. Alterū turpe: quod est irrationabilis sensualis ue appetitus: q̄q̄ prioris generis q̄ duplex est partitio. Vnus enim est amor ille peculiaris quo sese in primis quisq̄ amat: sibiq̄ bene uult. Alterū naturalis: quē a coīugio incipientē manatēq̄ in liberos: cū pecoribus habemus beluisq̄ cōmūnē. Tercius est propinquorū: qui & ip̄e p̄uinet ad corpus. Aamicorum quartus: si tamē non ex iā acceptis speratis ue beneficiis: sed ex uitā bene constitutā similitudine descendit. Qui quidē omnes & si honesti sunt amores & probandi: tamē q̄ ad summū optimūq̄ finē nō puehūnt: uix suscipiunt̄ a nostris. Sunt enī humani: & cum corpore defi- cientes: eāq̄ ob rem nullatenus cū diuino illo atq̄ ideo perpetuo ac singulari comparādi: Qui quidē cū amplissimus p̄fectissimusq̄ sit: illos omnes & complectitur &

perficit. Erit igit̄ amoris alia diuīsio & uniuersalior & uerior. Dicemus enim itē duo esse amoris genera. Vnū quidē diuinū. Alterū humanū. Sed extreimi huius eam esse. quam supra posuimus partitionem amoris: & honesti: & turpis. AEMY. Quasi uero diuinus ille amor
nō honestus sit.

LXXXV. Fuerit sane nō honestus solum: sed etiam honestissimus: modo id uerbi genus diuinis in rebus solet usurpari: nec ad humanas esset accommodatius. Non enī pobscurz est diuinum amorem quam nostri charitatē uocat: nō in honestū esse posse: quādoquidē nō modo est is a deo: uerū etiā ipē deus. Ait enī euāgelista Ioānes: deum esse charitatē.

LXXXVI. AEMY. Si igit̄ charitas est amor: quem affectum esse atq; ideo passionem dixeris: non est uniq; negandum in deo quoq; tum affectionem existe-re: tū passionem: in quo esse amorem nemo negat. Aut ergo non erit amor passio: aut ne in deo quidem amor. HAEDVS. Atqui hæc habetens de amore hoīs: nō etiā de dei senserim. Multum enī tantūq; inter se dif- ferūt: quātū inter ipm deū & humanū genus. Dicimus aut̄ amorem ita in deo esse: ut ip̄e quemadmodū pxime diximus. amor sit. Quod si ita ē: & id de hoīe dici nul-lo mō potest. si deīde nō mutabilis ē deus: si nō creatus: restat ut moueri nequeat subiici ue affectibus: quos &

LXVIII.

motus & c̄r̄atos ēſſe liquet: atq; idēo ne pati quidē. Et
iḡeſ diuinus amor: & iſ utiq; ſine affectu ſineq; paſſiōe
q; h̄ec ī incōmutabilē deū cadere nō poſſunt: in hoſem
uero poſſunt: quippe cui mutabili datū ē: ut p arbitrauit
amare: ceterosq; & ſuſcipe & deponere affectus queat.
Qui tamē ut ante diſſeruimus) neq; uirtutes exiſtūt: ne
q; uicia: niſi cū qui bene ad hos īp̄os male uē ſe habet.

LXXXVII. ANTO. At iſta rōne: ne illa qui
dem quā ſupra poſuisti amoris definitiō ad diuinū pri
nebit: cui ius nimis particeps ē homo. Si eī deus (ut in
quit Auguſtinus) ea ē charitas: q; nos īp̄e diligit: q; q; &
illū diligimus & p̄x̄ios. utiq; ſicut nō in illo: ita ne ī no
bis quidē charitas erit motus animi: aut affectio habi
tus uē. **HAEDV S.** Nō id tibi rātummodo Antoni:
ſed præterea plerisq; uifum ē. Qui faciēre nō quidē cha
ritatē reſte quoq; dici poſſe animi motū & affectū &
uirtutē: nō iſcirco tamē q; ea īp̄a quicq; ſit huiusmodi:
ſed q; p̄ illā ueluti uirtus eſſet: moueat aīus: afficiaet q;
ad diligēdū. Sed certe nō aīaduerterunt quid incoueni
entia cōtradiictiōiſq; ſequere. Si eī a deo ſolum mens
humana ita moueret: ut eiusmōi motus principium īp̄a
nullo mó eſſet: p̄culdubio ceſſaret rō uoluntarii: cuius
principium in ſe īp̄o ſit oportet. **Deinde** ſequeret inco
patibile quoddā: ut cum de ſuī ratione illud amor īm
poriet ut actus ſit uoluntatis diligere tamē uoluntatiū

nō esset: Quo quidē sublatōne mēritū quidē homini
esset ullum Nō enī est pot̄ scūrū: merendi radicem esse
charitatē. Quare necesse est ita ad diligendū moueri a
deo uoluntatem: ut h̄ec queq; illiusmodi āctus sit effe
ctrix. Restat igit̄: ut charitas ea qua deum proximūq;
diligimus: ut tu īpē quoq; dudum farebare. participa
tio quædā sit diuinæ charitatis. Qua scilicet habitualē
forma uolūtas ad amoris āctū inclinat̄: operaturq; pro
prie ac iucunde. Quod nō efficeret p̄fēctio: si mens di
uinitus solū nō etiā sponte mouereb̄. Nihil enī libenter
facile ue agimus: quod nō sponte agimus. Esset deniq; in
nobis dilectionis āctus īpē oībus & naturalibus & uir
tuum cæterarum āctibus imperfectior: cum manifestum
sit nihilominus eiusmodi āctum excedere naturam uo
luntaris: nullāq; uirtutem suū ad āctū magis inclinari
q; charitatem.

*charitas
quid*

LXXXVIII. Hāc aut̄ Augustinus in tercio de
doctrina christiana libro sic definit. Charitatem uoco
motū animi ad fruēdum deo propter ip̄m. & se ac p̄xi
mo propter deum. Et alio loco. Charitas dicta est uirtus
quæ animi nostri rectissima affectio ē: quæ coiungit nos
deo: q; eū diligimus. Est igit̄ charitas nō quilibet: sed re
ctissimus animi affectus. ANTONIVS. Sit ita sa
ne: modo adhuc nihil obstat. HAEDVS. Quid
istud est?

.LXIX.

LXXXIX. **ANTO.** Nempe si affectus est charitas: affectuū autem ut paulo ante memorasti. ea est natura: ut p̄ bona mala uē hoīs uolūtate fieri uirutes uiciac possint: necesse est charitatem quoq; uicium esse fieri possit: modo id uelimus. Nō igitur semp̄ fuerit rectissimus animi affectus. **HAEDVS.** Sed si charitas est uirtus: infunditurq; a deo: certe talis animi affectio nullo modo aut uiciosa aut prava esse potest: sed rectissima sit oportet. Quod reliquias de affectibus qui a natura rā tummodo p̄ficiuntur: plāe dici nequit. Inclari enī possunt ī uirāq; partē: ut de amore ip̄o dicimus: quo quid uis possumus amare & honeste quidem & turpiter.

ANTONIVS. Quasi uero charitas aliud sit q̄ amor

HAEDVS. Fateor charitatem recte quidem amorē appellari: nō etiā omnē itē amorē charitatē: sed eū solū quæ eadē est charitatis uirtus.

XC. **ANTO.** Sed neq; uirtus esse charitas uideē Nā cum uirtus om̄is sit accidē talis habitus quidā: nūl lumq; accidēs subiecto nobilius sit. apparet charitatem quæ nimis est animo nobilior: uirtutem nō esse posse.

HAEDVS. Verū humāna uirtus in eo maxime cōsistit: ut actuū regulā attingat humānorū: quā quidem duplē esse cōstat. deum ip̄m humānāq; rōnem. Cum igit̄ deum charitas attingat: nos illi coniungēdo: cons̄ quēs certe fuerit uirtutē esse charitatē. Quæ tam& si est

animo dignior eo modo quo spiritus sancti participatio
est quædā: ea tamē speciei rōne q̄ ex subiecti principiū
accidens causatur erit id subiecto utiq̄ idignius. Est igit
ur charitas nō solū uirtus: sed uirtutum etiā maxima.

Quod de amore quidem semp dicere nō licet: tam& si
hunc eū est turpis: uel cōcupiscentiā: uel insāniā potius
appellauerim. Ex quo sit ut & diligere & amare hone
sta proprie dicamur: cōcupiscentiā cōtraria: q̄q̄ ne illud
quidem ad cōcupiscentiā nō p̄uebit: si forte quod suap
te natura bonū sit id amare (ut ante dixi) turpiter ma
lemus q̄ sincere.

XCI. AEMY. Quod igitur bonum est natura
fuerit turpiter amāti malum! **HAEDVS.** Fuerit pla
ne. **AEMY.** Est igitur id nō simpliciter bonū: quod
afferre malum potest. **HAEDVS.** Cōcederem istuc
ipm quidem: si bono illo in se firmiter p̄sistente: nō no
stra nobis cupiditas noceret: quam ex appetitu illo irra
tionabili sensualitati ue: quemadmodum amorem ex ra
tione mentisq̄ consilio proficiisci constat. Sed tamen ni
si deo mens ipa subiiciatur: facile deterior fit: ceditq̄ cor
pori. Quare fieri non potest: ut sine diuino adiumento
atq̄ ui: aut honesta in actione p̄seueremus: aut diutius
abstineamus a scelere. Qui ne īcipere quidem recta
possimus: nisi a deo primū ut ante diximus moueamur:
isq̄ nobiscum opeū. Sed de hoc postea. **AEMY.**

*charitas
gredi*

LXX.

Quin etiā a flagitiis abstinet pleriq; uel metus causa.

XCII. HAEDVS. Sed interest Aemyliane quā
lis sit iste metus. Nam huiusce tria sunt genera. Quorū
primum omnium ē animantium: quae cōmonente na-
tura quicquid eis contrariari obesse ue quouis modo po-
test: maxime formidant. Qui sane metus cum hanc ob-
rem & naturalis sit & appelletur. merito minime ascri-
bitur: sicut ne culpe quidem. Alterum genus est eorum
qui nimia sui suarum ue rerum cupiditate ducti: sese in
quamlibet malum iniquitatem q̄ in morte corporis per-
niciem ue aliquid etiam rerum incidisse. Sed hoc per
timescendi genus siue humanum appellaueris q̄ ad ip-
sum corpus referri possit: siue q̄ ad res quoq; cæteras
mundanum: Iesus noster maxime uiri perat: ac pœna p̄
nit sempiterna. Tercium autem metuendi genus: donū
dei dicitur a nostris. Nam e sp̄ritus sancti gratia proce-
dit: idq; trifariam. Siquidem eiusmodi timor: aut serui-
lis est: aut initialis: aut consummatæ perfectæq; uirtutis.
Qui autem timor seruīlis appellat̄: is ē eorū qui nō ut
summū illud bonū nō amittat: quod nō amāt quidē: sed
ne dānenē cruciē q̄ ppetuo quicq; recte agunt absti-
nēt ue a scelere: culpasq; deuitat̄. Qui & si dicit̄ seruīlis
q̄ serui nullo erga dominū amore afficiunt̄: sed min-
rum ac suppliciorū metu cauerent ne hunc aut ledāt aut
laceſſant: eam p̄ obrem nullo premio donant̄. est tamē

utilis: & quidam ad charitatem callis initiumq; sapientiae. Eo enim sit: ut iusticiae consuetudo quædam sensum inualescat: atq; ut ita dixerim) inolescat: siatq; robustior in dies. Is autem timor, pficietur ex fide maxime.

XCIII. Nam simul ac cœpit homo iudicii extremi diem: poenasq; credere ppetuas (ut inquit Augustinus) cœpit etiam timere. Quis enim metueret ea quæ post hanc uitam rei supplicia debent: si nō eadem iam esse p parara & meditare: & crederet. Idemq; licet de gloria cuiq; bono tribuenda dicere. Itaq; nō nisi p fidē neq; summū bonū neq; summum malum quid sit: intelligi a nobis potest. Excitat quippe hominem ad honeste rē. Itaq; uiuendum: tum indeficientium p̄miorū spes: tum poenarū metus. Quæ profecto fidei argumēto certa esse nullo præterea pacto possunt.

XCIV. Est autem triplex credendi genus. Nam credimus in primis deum esse: in quo quidem a beluis omnino: nō etiam a demonibus distamus. Credūt enim & contremiscunt. Credimus deinde deo: q; quæ fecit: quæ iussit: quæ deniq; p̄dixit: ea uera esse foreq; non dubitamus. Credimus deniq; in deum: cum ipm diligimus: quo quidem aliquando frui & cupimus & speramus. Credunt itaq; deo: non etiam in deum: qui ne dānentur aut abstinent a malo: aut bonum opanē. Quod samen quale bonum sit: uiderint ii quoq; qui id faciunt.

LXXI.

inuici. Fit enim ab inuito: quod a timente fit. Sed non
 ideo is metus nihil prodest. Preparat enim charitati lo-
 cum: eamq; haud secus introducit q; acus aut seta linū.
 Ut enim cum quid suitur: uidemus setam prius ingre-
 di q; linum: immo non hoc ante succedere q; illa egre-
 diatur. Sic mentem principio metus occupat: deinde sen-
 sim inuehit charitatem. Sed tamen ita: ut cum inuexe-
 rit discedat: immo eiiciatur. Nam (ut inquit Ioannes il-
 le euangelista.) Perfecta charitas foras mittit timorem.
 Hanc autem inuestigationem nos initium appellamus: in-
 choationem ue charitatis. Quod quidem fit omnino:
 cum mens humana(id quod olim durum erat: quod-
 q; difficile uidebatur: deum incipit amare. Tum enim
 non tam poenam metuit: q; ne deum quem iam diligit
 offendat: ab eoq; separet. At is qui proficiuntur ex gra-
 tia metus tercius: quiq; in dei reuerentia cultuq; uerfa-
 tur. ad filios nō etiam ad seruos pertinet. Nam quem
 admodum illud in parentes optime instituti liberi ob-
 seruant: ut non solum iussa faciant: sed etiam timore
 quodam afficiuntur: ne aut eos quouis modo lēdant:
 aut debitam illis reuerentiam non exhibuisse uidean-
 tur. sic utiq; quos perfecta charitas absorbuit: ii nullas
 iam poenas timent: quādoquidem eos delectat nō pec-
 care: nec tam deum offendere formidant q; reuerentē.
 Vnum enim hic timor oculum in culpam tendit: hanc

ipsum ut fugiat & uitet: alterum in deum: ut hunc usq;
quaq; uereatur & colat. sed id potissimum magisq; &
curat & satagit. Quod ne in superna quidem illa pa-
tria desinet efficere. Quamobrem inquit propheta: san-
ctum dominit timorem aeternum pmanere. Verum hæc
res ut clarius eluceat. duas (si placet) constituamus con-
iugatas: quarum altera nolit adulterari: uelit altera: mo-
do huic maritus non timori foret. Hæc illius semp pæ-
sentiam execratur: optat absentiam. Et si fortassis: non
honeste uiuit: uniq; timet ne ueniat maritus: ne ab eo de-
pæhendatur: ne uapulet: ne deniq; occidatur. At quæ
maritum amat: sentiq; sese illi amplexus tantummodo
debere: nec alteri placere cupit: nempe desiderat semp
adesse uirum: præterea contemplari & audire illum &
alloqui: eoq; tandem omnino frui. Itaq; timet ne is dis-
cedat: ne abeat longius: ne se deserat. Quæ quidem ne
forsitan sequantur: studet illi placere: parere: obsequi.
Cauet deniq; ne quid committat: quo ualeat a sponso:
aut odio haberi: aut amari tepidius. Cum igitur ambæ
timeant. quid tamē inter eiusmodi timores differat: fa-
cile cognoueris. Sane timet una pœnam aq; suppli-
cium: q; pæmatur sceleris conscientia. Culpam timet al-
tera: q; a sponso separari pœnā esse putet. Sed si ut hæc
illa cœperit amare uirum: si negliget alienos: si &
suo & solo poterit ac delectabitur. nulla deinceps il-

.LXXII.

Lam uexabit conscientiae molestia: eamq; ob rem ne sup
plicii quidem timor ullus: quem perfecta iam beniuolē
ria eicterit atq; fugarit. Sed uerebitur potius: ne sibi aut
peregrinacione: aut morbo: aut alio quouis infortunio
maritus auferatur: quem semp adesse uelit & cernere.
Qua quidem ex propositione comparatione ue facile
(ut opinor) intelligetur. quod maxime de tertio timoris
genere differuimus: si hæc ad animam transferent om
nia. Nā animæ spōsum sese christus & i euāgelio affe
rit & reprobat.

XCV. ANTONIVS. Duo mihi uidentur a te
hoc loco non satis plane ne dicam repugnāter esse di
cta. Primum q; seruilem metum quem post introductam
charitatem non tam discedere uolueris q; fugari. dixi
sti a spiritu sancto p̄ficiisci: quasi uero is spiritus sua uel
proiicere müera: uel abhominari possit. & id quod nō
minus est mirandum: i p̄a inter se dona ita pugnant: ut
quod extiterit alterius causa: id ipsum a causato eiiciatur.
Deinde q; perfecta quoq; in charitate timorem esse
quendam afferueris: quo metuit amans: ne a deo aut
deseratur: aut separetur. Quod quidem fieri: nisi per
peccatum nequit. Sed si cœlesti illa in Hierusalem.
hoc est. in sanctissimis beatissimisq; hominibus cha
ritas erit ulla: quam existimamus fore maximam: quan
doquilem ex minutibus illa cæteris sola ibi remanebit:

eritq^z ppetua. si præterea secura ibi træquillitas minime
deerit: ubi summa pax ē incredibilisq^z concordia. si de
mum non ibi poterunt peccare: qui semel deo suo iun
cti unum fuerint cum illo: non uideo quid timoris illic
aut esse fore ue: aut fangi queat: ubi uita & inclita fu
rit & immortalis. Non enim cælicole illi tum formida
bunt ne a deo deserantur: ne illo priueni: ne ue nō per
fruan^r. Relinqui^r ergo neq^z perfectæ charitati ullū ad
esse metum: neq^z eum hac in uita ubi semper culpa me
tuenda est: perfectam esse posse. **HAEDVS.** Et per
acute certe argumentatus es & grauiter. Nam in pri
mis haud cōsentaneum uidetur: ut quod a spiritu san
cto munus ducitur: id quasi malum sit: nō etiā cum
spiritu sancto esse queat. Sed nō nesciendum est: quæ
munera ab hoc ipso spiritu emanant: ea inter se differre:
q^z nō eūdem effectum habet omia. Nam a spiritu san
cto munus quoddam & nascitur & cōtinetur: qualis
est charitas. Quæ ita quidem a deo proficisciunt: ut sit
ipa deus: mētemq^z hominis sibi habitaculum constitua
atq^z consecret. Est aliud deinde muneris diuini genus:
quod & cum deo esse & sine potest. Cuius illud ē pro
prium: ut quæ sunt utilia patefaciendo: & sibi prodes
se ualeat & ceteris. Tale uero ē acut^r perspicaxq^z in
genium: talis sciētia: talis etiā prophecia. Quæ utiq^z bo
nis malisq^z cōmunitia esse cernimus. Reperi^r præterea

LXXIII.

doni gēnus tertium: quod tam& si a spiritu sancto ex-
orit: cū eo tamē dicit̄ nō cōmorari. Eiusmodi ē aut̄ se-
uīlis ille timor: de quo ante diximus. Id uero sit: non q̄
munus suū deus: aut̄ abiiciat: aut̄ oderit: sed q̄ negligat
timori: nisi etiā amet̄. Nā sine amore timor esse potest:
sine timore nullus esse amor potest. Est igit̄ in amore ti-
mor: sed nō is quē seruile appellamus: quēq̄ deus mēti
suggerit humanae: ut hāc ipsā admoneat atq̄ excitet:
præparetq̄ ad ea expetēda: quae ad salutē p̄tinent adi-
piscēdam. hoc est ad effectum exercitationēq̄ uirutis:
sed charitatis præsertim: qua ceterae oēs cōtinent̄. Qua-
re timor hic seruīlis quoniā charitatē introducit: ut &
bonus substātia & a bono sit necesse est: q̄q̄ habet ma-
lam seruitutē. Sed ita quidem (ut ante diximus) introdu-
cit charitatem: ut id peragēs discedat. Nō enim aliam
ob rem datur homini: nisi ut charitatem introducat.
Itaq̄ ubi est officio funditus suo: ut abeat nō tam ipē q̄
eius seruitus oportet. Quo enim magis ingrediē chari-
tas: eo magis ille uel egreditur uel desinit. Quo q̄ illa
maior sit: eo minor timor. Cum igit̄ fuerit p̄fecta: restat
ut nullus huiusmodi ibi sit omnino metus: in quo non
modo inest seruitus: uerum etiam supplicium. Sit autem
semp̄ ille qui & sanctus diciē & castus: sine quo esse
charitas nō potest. Nequit enim nō uereri dum hic su-
mus: ne a deo separēt: cum ualeamus facile peccare. Sed

dum sic quis metueret: profecto non peccabit. Si non ergo peccabit: ne seruiet quidem. Nulla igitur eiusmodi in timore seruitus: atque ideo ne poena quidem ulla esse potest. Sic enim charitatis est proprium libertas: ut peccati seruitus. Nam Iesus noster inquit: eum peccati seruum effici qui peccat. Ei uero qui peccauerit: non dubium est mox supplicium deberi: quod profecto nequit non timere. Inest igitur peccati seruialis ille metus: quem constituta poena inducit atque admouet.

XCVI. Amasti uero non is omnino: sed (ut ita dixerim: & recte quidem:) liber ille timor: quem peccati non tam poena quam seruitus: ipsisque turpitudine ac pudore gignit actuus. Erubescit enim quis in eum peccare quem amat. Sed quem non pudeat offendere modo facto dicitur: uerum etiam cogitationibus amicum. Nam inter deum atque homines charitate quedam amicitia conflatur. Quia etiam charitas recte quidem appellatur amicitia. Nam si charitas est amor: ab amore uero amicitia est nomina ta. quis dubitet charitate & proprietate dici amicitiam & esse? Non enim discipulos nisi ratione charitatis dominus Iesus amicos uocat. Nam non dicam inquit uos seruos: sed amicos meos. Sed tamen non amor omnis habet amicitiae rationem: sed is tantummodo quam benivolentiā uocamus: ut cum quempiam sic diligimus: ut ei uelimus bonū. Nam si ita quidem res amamus: ut non his: sed

LXXIII.

nobis ip̄m earum malimus bonum. non hic amor fuerit
 amicitiae: sed concupiscentiae cuiusdam. Est enim ridi-
 culum ut ad unum equum canēt ut habere amicitiam
 dicamur. Quæ certe oīa ceteraque id genus non illorum
 sed utilitatis nostræ gratia optamus salua fore. Quamq;
 ad amicitiae rōnem ne benivolentia quidē satis esse iu-
 dicatur. Postular enim amicitia munim quendam re-
 ciprocumque amorem. Qui si acciderit: necesse est eū esse
 sincerum & innocentem: atque ideo liberum. Cur autem
 is non uere liber sit: qui peccatum detestet: in quo certe
 solo & seruitutis & supplicii rō uersat. Itaque illud his
 ex oīibus efficit: ut charitas neque seruili cū timore: neque
 sine sancto casto ut pfecta: aut ēē: aut dici recte possit.
 Quē pculdubio ex qdā erga deū reuerētia proficiunt cō-
 stat. Quare charitas & si eo timoris sui officio nō nisi
 hac utiē mortali uita: quandoquidē in cælesti illa curia
 peccat nemo. eā tamē quā diximus reuerētia: quis dubi-
 tat illo in regno ēē foreque īcredibile atque summā. si cha-
 ritas illic pfectissima ē: ubi deo non pfrui nemo potest:
 nemo gratias debet: nō & agere & habere īmortales: ne-
 mo tandem eū nō summope uenerari. Sed ne lōge aber-
 rasse uideamur: redeūdū ē ad id tādē: ob quod tā multa
 de timore: q̄q; nō īcepte diximus. Fuerāt eī hac in dispu-
 tatiōe non ppermittēda. Dudum dixeras Aemyliane a-
 scelere plerosque abstire uel metus causa. Quāobrē huius

de generibus censui disputandum: ut inde animaduerti posset: qui metus careret culpa: qui ue obligatus esset. **N**o igit̄ dubium est eos qui nō deū sed hominē uerētes: abstinēt a flagiciis: nō iūcirco carere culpa: q̄ scelus p̄facerē nō audēt: quandoquidē id iam & meditari sunt & oōcepere. **AEM Y.** Quid q̄ plerosq; legimus: qui ne deū quidē esse putauerūt: nullius p̄enæ metu: sed solo decore dūtos honestatis a peccato abstinuisse.

XCVII. HAEDVS. Istud p̄inde dicis: quasi us
to nō etiā ḡetibus deus adiumento esse queat: qui naturæ
bona indifferēter bonis malisq; distribuit: q̄q si quid hi
unq; egerūt agēt ue honestius: id uirtutis potius simula
chrum appellabimus q̄ uirtutem: q̄ fundamento careat
quæ ueri dei cognitio est: quam nuncupamus fidem: si
ne qua nemo deo aut placuit unq; aut placebit Aedifici
um enim sine fundamento neq; firmiter stare potest:
necq; diu. Ex quo intelligitur cæteras uirtutes sine fide
nec ualidas esse: nec diuinas: atq; ideo ne uirtutes
quidem. Deest enim illis quæ a nobis experitius finis
& merces honeste recteq; uillendi. Quid igit̄ est in
fidelitate peruersius? quid ue miserius? quid deniq; ab
iudiciis? quandoquidem nihil illis tandem profuit ho
nestius uixisse: qui prebitorem aut ignorassent: aut ne
glexissent honestatis. Quid q̄ ne nobis quidem pro
derit: si nobisipsis potius q̄ deo placendi causa coleimus

LXXV.

honestatē: aut uim honeste rediētq; uiuēdi nobis tribus
re q̄ deo maluerimus.

XCVIII. Est igit̄ a deo uera uirtus omnis: & in
primis fides: sine qua ad hunc ip̄m proficiisci nemo po-
test. Ex quo efficiē: ut illa nō immerito quidem ad sum-
mum bonum uia nominetur: q̄q̄ charitatem apostolus
omnium uirtutū principem esse uoluit. Quām nō uiam
solum esse: sed uā etiā sup̄eminentiorem & sentire au-
sus est & dicere. Idq; nō iniuria. Nihil enim hac detra-
cta cæteræ moerent̄. Quæ quidē omnes etiam si bonum
experant summū illud: quod & p se sufficiens indefi-
ciensq; sit: & quo habito nihil ulterius desiderari queat
ad hoc tamen puenire ea neglecta quæ illarum forua
est charitate: nullo pacto possunt.

XCIX. AEM Y. Videris Hæde nūc mihi qui-
dem tecum dissidere: ne dicam præliari. Qui cum dixe-
ris uirtutum fundamētum esse fidem: & hac qui careat
placere deo nūnq; posse. paulo post tamen tanti feceris
charitatem: ut fidei relinquere aut nihil fere: aut certe
nō multū loci uideare. **HAEDVS.** Esse sane maxi-
mam omniū uirtutū fidem diximus: q; huic quasi cui-
dā fundamēto cæteræ innixæ: uim decorēmq; sortiant̄.
Sed tamē hac ip̄a maiorem esse charitatem: facile aīad-
uerti potest: quādoquidem nisi p dilectionem fides ni-
hil opat: nihil efficit: nihil prodest. Nā ne fundamētū

quidem recte dicitur: aut potest esse utile nisi superadifi-
 catio sequatur: quā esse utiliorem certe nemo nescit. In
 hoc igit̄ spirituale diuinūq; aedificiū & si cooperatorū vir-
 tutes oēs: potissimum tamē caritas quippe quae reliquaz
 tū parens duxq; ē: tū tutela & uita: atq; ideo perpætua
 quædā hostis expultrixq; uiciorum. Non igit̄ impro-
 bandi sunt Antoni quos hodie dicebas inter luxuriæ re-
 media illud quoq; posuisse: amorem amore quasi clauo
 clavum expelli oportere. Non inquā non sunt recipien-
 di si turpem amorē illum ab hoc honestissimo atq; san-
 ctissimo intelligent eiiciendam. AEM Y. Sed respo-
 sione ista tua. Hæde non omnino mihi satis esse fa-
 tum puto: qua conatus es declarare fide maiorem esse
 charitatem. Nam inter cæteras illam attulisti rationem:
 q; fides nisi per charitatem operari nihil possit. Quæ
 quidem ratio uidetur meam non etiā tuam confirmasse
 sententiā. Quis enī non intelligat id p; quod quis piam
 operatur: hoc ipso & dici inferius & esse: quemadmodū
 dicimus ministram: per quem dominus quicq; facit: esse
 inferiorē! HAEDVS. At longe alia ratio ē fidei:
 q; istius domini operantis. Non enī ut hic p; seruū qua-
 si per instrumentū: ita per charitatē fides operatur: sed
 ueluti p; priā p; formā: sine qua neq; operari potest neq;
 uiuere. Eget igit̄ charitate: quæ sola deū ita quidem
 attingit: ut in illo sista: uitiumq; ceterarum & for-

ma & uita sit. Ex quo sit ut longe sit omnium' excel-
lentissima.

C. AEMY. Facile nunc Haede istis assentior. Sed
tamē ne adhuc quidē plane uideo solutā eā quā ppo-
sui dudū quæstionē. Cū enī in hac uita iuxta Ioannis
euangelistæ sententiā: nemo sine culpa esse queat: & te-
ste apostolo Paulo in ea quā ad Philippenses scribit epi-
stola: charitas ualeat non augeri solū: sed in infinitum
etīa augeri. Sequor inquit: si quomodo apphendā: p̄spī-
cū est eā hic minime p̄fēctā esse: quæ peccato augmē-
to uue p̄pediēre pfici nō potest.

CI. HAEDVS. Istā ego quæstionē si soluere oīo
uelim: necesse ē Aemyliane ut præter intentionē de cul-
pas generibꝫ quicq̄ dicā. Duo igit̄ esse peccatorꝫ ge-
nera nostri dispūat. Quorꝫ alterꝫ originale q̄ id tra-
hens ab Adā originē transeat in posteritatē e carnis li-
bidine cōceptā. Alterꝫ actuale uocat: q̄ animi actus su. 11
Est aut̄ id quoq̄ duplex. Nam uel ueniale id esse: uel
mortiferꝫ oportet. Fit autē quibusdā gradibꝫ a uenia-
li ad mortiferꝫ p̄ partes animi p̄gressio. Quibus qui-
dē de partibꝫ & si ē ab Antonio heri quicq̄ dictū: non
tamen ē plenissime disputatū.

CII. Sunt igit̄ ut is quoq̄ professus est:) animi
partes duæ. Vna: quam rationem appellant. Altera:
quam sensualitatem. Rationem autem dicunt uim esse

animi superiorem: quā duas item ī partes diuidit. Quae
 alteram quae summa est: supernarū & tēnarū rerum
 participem faciūt: q̄ in his contemplādis consulēdisq̄
 tantū modo uēlētur: eamq; ob rē sapientiā depuata sit.
 Alteram uero quae huic subest p̄ficiūt bene gerendis
 huius uiae rebus: eāq; depūtāt sciētia. Sensualitatē ue
 ro esse uim animi inferiorem uolūt: ex qua is motus sit:
 qui intēditur in sensu corporis: quēq; dūdum appelli
 tum esse diximus eāq; rē quae p̄inēt ad corpus. Inter
 rationem autē & sensualitatē illud interest. q̄ hāc nō
 etiam illam habemus cū beluis cōmūnē. Quicquid igi
 tur nobis partes animi gradatim cōsiderātib; occurrit:
 quod a brutorū natura longe absit id rationis initium
 est. Porro cum tres sint peccāti gradus. Quorū primus
 est suggestio. Delectatio alter. Tercius cōsensus: ut abū
 illum p̄ttereamus exteriorē: qui ipa in cōsumatiōe pa
 tratiōe q̄ opis cōsistit. peccatum nō ante absolutum mor
 tiferū ue dicitur: q̄ p̄cedentē suggestionem delectatio
 sequatur: ad quā accedat deniq; cōsensus. Est igitur pec
 cati exordium suggestio. Quae siue p̄ cogitationem siue
 per sensu corporis in animum labatur: eūq; moueat: si
 modo nostra nō ultra cupiditas p̄grediatur: a ratione
 cōtinuo p̄hibita & repressa: uix culpa dicitur. A qua
 p̄tter unū christū nō humano semine concepū: eiusq;
 genitricē: quā quidē & esse sanctam & immaculatam

LXXVII.

oportuit: existimō immūne fuisse aut futurū nēmīnē.
Atq; ideo neq; apostolū paulū: neq; Ioannē euāgelistā
Quoz alter: Quod odi inquir malū hoc facio. Alter
uero. Sī dixerimus: quia peccatū nō habemus: nos ipos
seducimus: & ueritas in nobis nō est.

CIII. Hoc autē ueniale peccatum appellat: quia uel
facile ueniam exorēt: uel hac nō indignū esse uideatur
q; semp nequeat uitari: q; q; charitatis fini nō cōtrarius
sit. Quare nō illā excludit nec extinguit: a qua ipm po-
tius tanq; ab igni aquae stillula cōsumi solet. Sed ne gra-
tiam quidē elicit: a qua illud ipm nimirū pstratum de-
bilitatiq; negligit. Quod si forte suggestioni cōsenserit
pars illa rōnis inferior: quā ad sciētiā diximus p̄tine-
re rē gerendaz: quod tum quidē sit: cū animus solū
oblectat eius cogitatione mali: quod nullo tamē modo
decernit esse faciēdum partis illius supioris iam cohībi-
tus auctoritate: nō dubiū est cōtractum esse peccatiū ni-
hilominus: idēq; mortiferum: q; improbis cogitationibus
mens p̄libēter suauiterq; adhæserit: easq; diu tenuerit
memorīa: quæ ubi attigerūt animū: mox respui cōtemni
q; debuere. Ex quo p̄spicue intelligit quid eo de malo
sentiēdum sit: quod supior pars illa rōnis: penes quam
summa ē potestas: uel cohibēdī mēbra: uel mouēdi: nō
modo suauiter cogitādum: neq; etiā p̄ficiūdum esse iu-
dicauerit si etiā nō possit. Est quidē id supiore illo lōge

maius: sed minus eo certe quod impletur. Sed tamē
 utrumlibet mortiferum esse constat: q̄ homīni monē
 inferat sempiternam. AEM Y. Quid igitur refert ma-
 lūm ne tantummodo cogitēm uoluptuose: an etiam id
 perficiam: si est utrumq̄ ppetua (ut inquis) punitiōē mor-
 tēq̄ plectendum? HAEDVS. Ista pinde dicis: quasi
 uero non mēmineris diuinam æquitatem: ut non a pud.
 suppos. ita ne a pud inferos quidem deesse posse: si præser-
 tūm hic quoq̄ uariae hominum leges scelera diuersa: sed
 suo quæq̄ supplicio ulciscuntur. Nō est igitur negan-
 dum illic pro culparum q̄litate quantitate ue statutas es-
 se pœnas reis debitas: nisi priusq̄ hinc decedant uera il-
 las redemerit poenitentia: tam& si hoc de iis tantummo-
 do peccatis sentiēdum puto: quæ mortifera sunt: ut luxu-
 ria & cūusmodi. Nam quæ suapte natura uenialia di-
 suntur: ut ociosum uerbum aliaq̄ id genus: nisi crebro
 fiant: faciendaq̄ decernantur. quodam præsertim adiun-
 gto contemptu uel negligentia: damnationi sunt nemi-
 ni. Et ut breui uelut epilogo rem omnem p̄stringam pri-
 mi illi motus qui a somite inevitabili p̄ficiuntur: clāq̄
 menti sumministrantur humanæ: ac subito exiliunt: si
 confessim cōprimantur repudientur ue a ratiōe. pœnae
 tantummodo nō etiā culpæ tribuntur. Existunt enī
 pmitiunturq̄ uirtutis exercendæ causa. Sic enī luctan-
 tes deniq̄ post aliquantum cōcertatiōis coronamur. Sed

LXXVIII.

nō minus illi quidem motus nos exercet: qui nō semel
 solum: sed id quod iam ueluti quadam ex apprehensione
 & usu fit.) iterum & tertio ac deinceps ueniunt in
 mentem: si modo ipsa de his cogitatio nō nos oblectet
 quam ne sancti quidem semper effugere plane possunt.
 Tum enī culpa & si q̄ minima inficimur: si tamen nō
 negligentes in reprimendis motibus sumus. Quod qui
 dem cum fieri certum est: cum animus postea q̄ satis de
 liberando piculum animaduertit: abiicit cogitationem.
 Sin uero in hac ipa nihilominus q̄ ea placeat immora
 tur: quod quidem sine rationis consensu quodam uide
 tur nō esse posse: eo certe accedente (ut est ante dictum)
 in mortiferum labimur. Sed sit nonnunq̄ ut diuinitus
 adiuta rō in iam excitatam cupiditatem fortiter iisurgat
 eamq̄ cohibeat et frangat. In quo magna quidem uirtu
 tis nostre gloria uersatur. Quae cum ita sint corruptaque
 ab origine natura sit ad malum: nō etiam ad bonum p̄
 eluitor in hac uicq̄ uita sine culpa mortifera esse quis
 quam potest. sine ueniali nemo potest. Quae quidem (ut
 ante diximus) neq̄ tollit neq̄ ipedit charitatem quo mi
 nus ardeat. Sed ab hac tollit potius: eoq̄ cirus absuert
 quo hæc ipa extiterit ardenter. Quod nō item licet de
 mortifera culpa dicere. Quae cū charitati ueluti uenenū
 quoddam aduerseret: eam omnino corrumpt ac extinguit.
 Itaque ueniali cum peccato quod quidē actui charitatis

non etiam habitui contrariae: charitas perfecta esse potest
cum mortifero aut ne esse quidem potest: quod nequeunt contra
ria coniungi simul ut perfistere.

CIII. Nam a superueniente altero pelli alterius tolli quod
necessitatem est. Quare non dubium fuerit charitatem posse morti
fera uel una culpa auferri atque amitti. minui autem nunquam
modo extet sicut nec lampadis quidem ignis cui illa con-
paratur cessat ascendere quod diu extat: tam si nisi quis mali-
cia labatur cito resipiscit: in eoque non multo post recuperatur
charitas: quae quodammodo in negatione beato Petro potius sopia-
ra dicitur fuisse quod extincta.

CV. Nam aut errore ignoratia uel aut infirmitate fra-
gilitate uel: aut denique astu studio uel peccatum. Sed primus
illud peccadi genus uenientia facilius meretur quod secundum.
Tercium autem uix meretur: non quod nequeat: sed quod uel nunquam
uel rarissime quidem uelit. Id enim malicie proprium esse solet
ut peccatum negari malit quod fateri: tueri quod emendare: emori-
denique quod penitentia.

CVI. Verum ut ad rem intermissam redeamus: illud
hoc loco non nesciendum est humanae charitatis perfectionem
in eo potius uersari: ut quantum ualeamus diligamus. Quod
sane trifariam contingit. Ac primus quidem hoc modo: ut ipso
semper actu in deum corda nostra pferantur: de illo semper
cogitent: semperque ad illum dilectione mouantur. Sed quo-
nia humana id insiemitas neque sinit neque potest. necessitatem

LXXIX.

est fateamur hoc pfectio*n*is genus in patria esse fore
tantummodo. Alter*z* uero genus est: quod & si hic pos
sibile uidetur. nō tamen est oībus charitatem habentib*s*
cōmune: ut cum quispiam ceteris neglegit rebus præter
eas q*s* necessario postulat natura: omne studium: om
nemq*p* diligentiam in dei cōfert obsequiū ac cōtempla
tionem diuinarum rerum. Tercium autem est pfectio
nis genus: quod quidem habentib*s* charitatem cōmu
ne est omnibus: ut cum quis ita quidem habuit suum
in deo cor locauit: ut nihil agat: nihil uelit: nihil cogi
tet: quod diuinæ quouis mó dilectioni possit esse cōtra
rium. Ex trib*s* igitur his generib*s* id solum plane pfectum
& dici & esse cōstat: quo in patria fruemur. Atq*p*
ideo ut istam tandem quæstionem absolutam Aemylia
ne. nō augeri illud posse: q*p* (ut inquit apostolus.) deus
ibi sit in oībus omnia. Duob*z* aut̄ reliquor*z* quæ huīus
uiae uitæq*p* dicunt̄: & si alter*z* ē altero pfectius. neu*z*
tamen ita simpliciter pfectū est: quin charitas crescere
sem̄ queat & augeri.

CVII. AEM Y. At ista omnia ppendenti mihi
uiden̄ esse quidā in charitate gradus. **HAEDVS.**
Sunt utiq*p* quādoquidē in huic contrariis peccatis gra
dus quoq*p* esse nō dubiū est. Ut enī quēadmodum ante
dixi suggestiōe in primis: tū delectariōe: deniq*p* cōsensu
ueluti trib*s* ad peccatū gradib*s* puenit̄: ita ipius quoq*p*

peccati preter eās de quibꝫ p̄xime diximus. t̄s existūt
 differētia: q̄ corde: facto: consuetudineq̄ peccat̄. Ve
 his omnibꝫ in gradibꝫ quo magis p̄cesseris: eo grauius
 sceleratusq̄ peccaueris. Nec aliter quidem sit in gradis
 bus charitatis. In quibus item quo magis quis profecerit
 eo promptior ac feruentior efficitur: summæq̄ illi p̄fe
 ctioni propinquior. Tres autem eos esse ex Augustini
 uerbis non difficile colligitur. Inquit enim sup̄ epistolam
 Ioannis primam. Cum fuerit nata charitas: nutrita
 Nutrita uero roboratur. roborata pficitur. Sed cum ue
 nerit ad p̄fectum: dicit cum apostolo. Cupio dissolui &
 esse cum christo. Postq̄ igitur charitas diuinitus infusa
 est nata: id est ab homine suscep̄ta: nutritur ac fouetur:
 ne forte corruptionis quid contrahat. Qui sane gradus
 est incipientium: quorum maxime studium in peccati
 desertione oppugnationeq̄ uersatur. Nutrita uero cha
 ritas foraq̄ roboratur. Qui gradus est secundus: & po
 tissimum ad eos pertinet: qui maxime student ut se in
 bono proficientibus augeat̄ charitas: roboreturq̄ crescē
 do. Tercius autem gradus est eorum qui iam roborati
 perficiq̄ id maxime curant: ut deo adhæreant: eoq̄
 fruantur. Sed quemadmodum hi pficere contendunt
 nihilominus: q̄q̄ ut adhæreant deo magis enituntur. ita
 incipientes quoq̄ ac proficientes: tam & si idip̄m quære
 re & faditare solent sollicitiores tamen circa sua quædā

.LXXX.

Studia existunt: q̄ alteri in reiiciendis uitandisq; peccatiis: alteri in uirtutibus parādis: ac exercendis potissimum elaborant.

CVIII. AEMY. At eiusmodi cura laborq; hoīs quid ualeat nō sanc video: si nō nisi a deo initū charitatis pfectioq; habet. Nā & apostolus inquit p̄priū nō esse neq; uolentis neq; currētis. i. laboratis enuentis ue hoīs: recte quicq; agere uel cogitare. Sed id muneris ex misericordia dei meracq; liberalitate p̄ficiisci: quippe qui dona singulis p̄ suo impariē arbitratu. Et Iesus ip̄e ait Spiritum sanctum nisi ubi uult nō spirare. Et alio loco. ad se uenire posse neminem: qui non a deo patre trāctus sit. Videat igit̄ deus quosdam p̄iemitere: quibus gratiari nolit. Quod si ira ē: frustra quidem his pr̄cipit: ut charitati dent operā. Dānabūnē etiā iniuria: quando quidē gratia uacui id efficere nō possunt quod mādae.

HAEDVS. Et si deus Aemyliane nō iecirco si quis aut haberi aut ēē potest: q̄ hoīb̄ iegratis atq; prauis nullū oīo donū: nullā ue gratiā largiaē. (Nō eī quod mera ex liberalitate sit: id cuiq; debet ullo mō: atq; ideo ne iusticia quidē ē: nō tribuere quod nō debes.) quia tamē ille lōge omnium clementissimus uult oēs eos saluos fore quos fecit: utiq; grām suā negat nemini: q̄q; hac tādē careant oportet: qui sese ad eam suscipiēdā minus p̄parat: diuinūq; aut nō sequunt̄ aut negligunt̄ istūdū. Ex quo

Inemo potest uenire ad me, nisi

30an.

Si: ut quēmodum gratiam suscipientes: in illa proficiunt in dies magis: tandemq; si pleuerauerint: præmio afficiunt semper eterno. sic illa sp̄te negligētes quibus ob id ip̄m ea recte a deo iuste q; subtrahit. indurantē in misis: fiuntq; ut scelerum ita quoq; indeficientium suppliciorum servi. Non igit̄ existimādum est quæ opposui. si ea uel ab apostolo uel a Iesu iecirco esse dicta: ut intelligeremus deū nō nisi quibusdam gratificari: qui tan-
ti fecit humanū genus: ut p̄ illo p̄peti uoluerit christum suum. Sed ut disceremus hominē nisi deo inspirate ne cogitare quidem bonū posse: nedium uelle aut p̄ficiere. Quorum primum ille sine nobis: alterum nobiscum: p̄ nos uero ip̄os operatur tertium. Nō enim efficit deus ut nolentes: sed ut uolētes & simus & simus boni. Alioquin arbitrium humanum iā liberum non esset. Itaq; illud misericordissimi dei patris trahere nihil est aliud q̄ hominibus gratiā impartiri suam. Qua eos præueniēdo unumquemq; ad recte uiuendum nō modo mouet: excitat: hortatur: uerum etiam adiuuat & fouet. Non igit̄ quispiam damnatur: nisi uelit. Vult autem is qui diuinæ gratiæ repugnans: deū ip̄m quo nihil est amabilius: non amat: eamq; obrem ne præcepta quidē eius seruanda esse cēset. Nunq; igit̄ p̄q; iustus deus dedisset eiusmodi præcepta: nisi gratiā clemētissimus ante tribuēdā statuisset: q̄ illa seruari p̄ficiq; possent.

LXXXI.

CIX. AEMY. Cupio hoc loco Hæde maxime cognoscere quid appellatione gratiæ intelligendum sit. Nā ueteres in quibus est Cato ille Censorius malam gratiā p̄ iniuria uitu patiōe q̄ dixerunt **HAEDVS.** Existimo Aemyliane omne donum dei recte gratiam uocari: q̄ ille ut ante diximus & si hoībus nihil debet: tamē ne suspicātib⁹ quidē nobis s̄a penitentia beneficia largit & multa & magna. Sed ea gratiæ peculiari proprioq; noīe appellāda esse sentio: quæ ad animū magis spectat q̄ ad corpus: ut p̄eclar⁹ ingenii: ut mēoria singularis: ut sapia scīaç⁹ & uirtutes oēs: e quib⁹ illā de q̄ loquimur facile omniū esse maximā: semper est a nostris iudicatum. Nō enim uideo quid homini salutarius ab immortali deo potuerit cōferrī q̄ charitatē: quæ nos illi & gratos efficit & cōiungit. Eadem igitur nimis aut gratiam summam esse: aut ab hac non abesse dixerim. **AEMY.** Sequit̄ aut̄ isto mó: ut qui diliḡt is iā gratiā diuinā charitatē ue accepit.

CX. HAEDVS. Ita sane si tamen quæ charitate sunt diligēda: ea quē admodū diligēda sunt: & diligit & amat. **AEMY.** Evidē nō deū mó: ueretia pxi mū diligēdū esse cōstat. Sed quæ p̄ximitatis appellatōe intelligant̄: ea nō oīo scio. **HAEDVS.** At Augustinus quatuor esse inquit: quæ diliḡi oporteat. **V**nū quidem (id quod supra nos existit) deū. Alter⁹ uero: quod

*Gratia
gnid.*

*Gratia
gnid.*

nos sumus. Tercium quod iuxta nos i. proximum. Ac po
 stremo quod infra nos ē corpus nostrum. Cum enim ea
 quae ex charitate ducit amicitia sup beatitudis cōmu
 nicationē fundata sit: utiq; deus a quo est beatitudo: di
 ligēdus ē in primis. Deinde ii qui sunt beatitudinis par
 ticipatione coniūcti. Extremū autē hoc cōmunitatis ge
 nus duplii de causa diligibile & uideri & esse potest:
 uel q; unū est nobiscū: eaq; rōne se quisq; diligit: uel q;
 nobiscū in societate beatitudinis uersat. Quod quidem
 ad eum prius amorem: quo erga proximos cum homi
 nes: tum angelos affici debemus. Proximos autem ho
 mines dicimus eos: qui natura quae a deo est: aeternae bea
 titudinis capaces esse possunt: & si nūc forsitan peccāt:
 maleq; uersantur. In quibus uicq; natura est ipa nō etiā
 culpa diligenda: quam pculdubio neq; in propinquis
 neq; in parentib;: sed ne in semetip̄o quidē ferre quisq;
 debet: ac non maxime odiſſe. Quare cum christus iu
 bet ut inimicos etiam amemus. ita quidem iubet: non ut
 id quo nos prosequuntur odium: eos uē tanq; aduersari
 os hostesq; diligamus: quod quidem iniquum esset ac
 nefarium: sed ut dolendo q; tales sunt: eorum tātummo
 do naturā uel in genere amemus. Nō enī a proximi dile
 ctione illa generali inimicū excludere nobis licet. Ut
 cū exempli gratia: aut p christianis populo ue pcamur
 aut aliquod impēdimus beneficū reipublicæ. Nā si tum

LXXXII.

huiusmodi beneficiū & dilectionis signū etiā inimicis
 exhibeamus. Est id quidē saluti nostrae nō unile solum:
 sed etiā necessariū: ne si forsitan eos putaremus excipiēn-
 dos id quod ad libidinē uindictā nō dubiū esset p̄tē-
 re) mox cōtra dei p̄ceptū ultiōnē in eos nō tā optasse q̄
 quæsisse uideremur. **V**erū enī uero nō necesse ē: ut seor-
 sum a p̄eq̄ ostendam iis inimicis quæuis indicia signifi-
 cationesq̄ charitatis: q̄q̄ hoc erga eos animo semper si-
 mus oportet: ut illis i p̄is necessitatē p̄p̄entientib⁹ sub-
 ueniamus. Ac hosti quoq̄ nō admodum egēti benefaci-
 re: homīs & magnanimi esse censeo & p̄fēcti. Quippe
 qui nō tam accepiam iniuriam esse obliterādam: q̄ ini-
 micum ad sui dilectionem alliciendum: sibiq̄ recōciliā
 dū existimauerit. Sunt igit̄ oēs hoīes diligēdi: qui hac
 in uita uersant̄: si etiā fortasse nobis eorū quidā aduer-
 sen̄. Sed deo cōtrarius: ne p̄p̄iquus quidem ē amādus.
 Est inquā is odio habēdus magis: nō q̄ p̄p̄iquus famili-
 aris ue sit: sed q̄ i deū peccet: nosq̄ fortassis ad peccatū
 trahere conēt̄. **H**uic itaq̄ nō tā parēdū obsequēdumq̄
 nō est: q̄ obiurgatiōe factoq̄ si expediat repugnandum.
CXI. **A**EM Y. Assentior quidem. Sed illud ad-
 modum me mouit H̄e de: q̄ angelos dixeris nobis esse
 proximos. Nā & si participes sunt eius quam optamus
 omēs beatitudis semperīnæ: quoniā tamē illi & specie
 a nobis absunt & natura: neq̄ nobiscū uiuūt: necq̄ cerni.

deniq; a nobis ualeat. nō video quid amicitiae quæ charitatis est p; pria: inter nos atq; illos esse contrahi ue que at: eamq; obrem ne p; ximitatis uestigium quidē ullum.

HAEDVS. At cū recte p; ximi dicant nō ii modo: in quos a nobis lenitatis aliquid cōfert. uerū ii quo q; qui tū obsequia nobis p; rēstāt: tū beneficia: quis dubitat sanctissimos beatissimosq; angelos rite p; xios a nobis debere & dici & haberit: quādoquidem nos in primis amāt: p; multa q; s; p; nero humano generi officia impendūt misericordiæ: hoc ipm instruēdo: custodiēdo: tuēdo: plurimi q; de malis eruēdo: Qua certe significatiōne amicitiae nulla (ut reor) esse potest necq; aptior necq; maior. Et si uero illi a nobis natura specieq; differūt: nō tamē cōmunitate fœlicitatss. Erimus eī in cælo post resurrectionē illis nō dissimiles: æternæq; beatitudis societate cōiundi: q; q; hic quoq; cū his ipis secundū mētē rōnēq; cōmunicamus: uiamus. & eos quodā mō sed imp̄fecte quidē intuemur & contemplamur: quos in patria nimirū p; fecte plāe q; uidebimus: si deū etiā ipm. ut euā gelista Ioānes inquit) haud aliter q; est cernemus.

CXII. **AEM Y.** Vereor ne isto p; dō sit dicendū demones quoq; a nobis esse diligēdos: cū p; rēsentim & hi angelī existāt: nec a boīs illis beatissq; spiritib; quicq; eos separet prater culpam: quæ cerie sicut peccantium hoīum odio habēda est: nō eoz etiā natura. Sūt quoq;

LXXXIII.

nobis sapientiæ & utilitati & lucro: q̄ hōꝝ tentatio-
nibꝝ atq̄ molestia exercitati coronamur. **HAEDVS**
Et si nō uiciū in peccātibꝝ (ut ante dixi) sed natura est
diligēda: idq̄ tāuis per dū illa beatitudinis æternæ parti
cēps fieri capaxq̄ esse potest. postea tamē nō uideo cur
diligēdā existimemus: nisi forte quēadmodum iumenta
cæteracꝝ bruta quodāmodo diligimus optamusq̄ pma-
nere: tum ob gloriā diuinā: tum etiā ob humanā quan-
dam utilitatē. Quare de demonibꝝ aequē sentiendum
puto: qui neq̄ beatitudinis capaces: neq̄ uolentes utilita-
ti nobis esse possunt. Quæ si sequi nōnunq̄ uideaer: id
ex diuinæ potētūe instituto acq̄ ordine: nō etiā illoꝝ ex
intētu charitate ue quā nullā habēt; accidere certum est
Non enī queūt nobis boni quicq̄ aut optare aut uelle:
sed id quod eorū est propriū inuidere: insidiari: obesse.
Quāobrem nobis ne amicitia quidē ulla cum illis esse
potest.

CXIII. AEMY. Verū si exptia tum beatitudinis
tum rōni amare nō tenemur: q̄ erga nos charitate ne-
queūt moueri: maxīe aut ea quæ nobis piculo existunt:
& obesse solēt. uelī explices q̄ de causa corpus hoc no-
strum quod q̄to posuisti dilectionis loco diligendū sit
a nobis: quos redamare nullo pacto potest: ut omittā q̄
nō modo nō paret rōni: uerū etiā refragat: eāq̄ ob rē al-
liue nobis ē: & perturbatiōi & cladi. **HAEDVS.** Et

Si corpus Aemyliane nō negat diuinae fruitionis expers
 q̄ deum neq̄ cognoscere necq̄ amare potest. his tamen
 quae p̄ illud op̄amur: ad p̄fectam illā dei fruitionē cum
 uenimus: ex aīa beatitudo quādā redundat ad corpus:
 quod tū efficit īmōrāle manetq̄ īcorruptū. Itaq̄ ī hoc
 (ut ē ante s̄a p̄ dictum) nō cōcupiscētiā: nō culpā: nō cor
 ruptionē debemus sed naturā diligere: cuius seruicio in
 iis quae p̄tinēt ad deum utī certe possumus. Nō iōiē no
 bis dominabiē nec obstabit: si charitate instructi illud
 euagari nō sinemus: cogemus aut̄ parere subesseq̄ rōni
 In quo quidē certamīe maxīa coronā nostrā rō uersat̄
 Neq̄ uero id amare nō debemus: q̄ ab eo nō redama
 mur: quandoquidē istiusmōi rō in ea tātummodo locum
 habet quae ad alterz: nō etiā quae ad seip̄m refert̄ amici
 tia: siue id secundum aīam ītellexeris: siue secundum cor
 pus: q̄q̄ in amore sui uideat̄ quoddā maius esse amicitia
 Cum eī hēc eo cōficiat̄ amore quē ad alium habemus
 amor aut̄ nostrā huiuscē unionis initium radixq̄ sit
 atq̄ forma. (Amicitia eī ad alios iccirco habere dicimur
 q̄ erga eos haud aliter afficiunt̄: ac erga nosmetip̄os ne
 cessē ē fateamur: id erga nos antea a nobis iōpis esse fa
 tū: Quo eī alio mō aut̄ deū plus quā nos iōpos aut̄ p̄xi
 mos tāq̄ nos diligemus: cum queat nemo nisi ex amore
 sui eiusq̄ cōparatōe plāe discere: utrūx̄ charitatis p̄cepta
 illa nec ne p̄ficiat̄ AEMY. Perspicue id quidē. Nō

LXXXIII.

enī quispiā potest quanti alium faciat: q̄tumq; amet: ni
si ex ip̄o se cognoscere. Autq; ideo alium ne plusq; seipm
an aequē minus ue amet. Amat igitur sese in primis.
HAE. Sed bene utiq; amare (ut ante dixi) et male potest
CXIII. **AEM Y.** Scio id quidē: sed ē nūc de cha
ritate sermo. **HAE.** Placet istud nimis et gaudeo pri
mum: q; & me attente audias & ediscas. Deinde q; uideā
me hactenus nihil frustra potuisse dicere. Sed qui se ip̄o
nō diligit: ne deū quidē amat. Cupit aut̄ quisq; se saluū
& beatū forū. Quē certe hoīs affectū ex sui amore nasci
cōstat. Cōsequēs igit̄ sūc oportet: ut qui se amat deū quo
q; amet: ī quo beatitudis rō summaq; uersa ē. **AEM Y.**
Porro nō istinc docemur deū: id quod paulo ante dixi
ris) plusq; nos ip̄os: sed aequē potius a nobis ēē diligēdū.

CXV. **HAEDVS.** A nō mō sacrar̄z auditorate
litterar̄z: uer̄ etiam rōne collige re ualemus: quēadmo
dum charitate quæ diligenda sunt: ea possimus debea
musq; diligere. Hac eī ī re seruari ordinē quendam ne
cessē est: quandoquidem ubi pr̄cipium est aliquid: ibi
quoq; ordo aliquis sit oportet. Nā ī ordīe quēdā prioris
posteriorisq; modum īcludi constat. Pr̄cipiū āt dilectio
nis sicut & btitudis cū ī deo sit: ppter quē diligunt̄ quæ
cunq; charitate diligunt̄. ea certe oīa manifestū ē ad deū
ueluti ad pr̄cipiū referri. primū itaq; nō ab re mādat̄: ut
deū ip̄m ppter se toto ex corde diligamus. Ex quo plā

intelligit: eum sup omnia diligi oportere. Mandat de
inde ut proximū quicq; ac ipm se amet. In quo quidē suā
amorē dilectioni proximi præferri nō dubiū est. Alteri eī
q; sibi proximior est nemo. Præterea si (ut Ioānes inquit)
animā. i. hāc corporis uitā p fratrib; ponere debemus.
illud haud dubie colligit: magis proximū a nobis q; no
strum hoc corpus esse diligendū. Postremo si (ut ait apo
stolus) oēs sunt iuuādi: sed ii præsertim qui nobiscum ea
dem in religione uersant: si deidē uitupandus qui suo
rum curā: maxime aut domesticorū negligendā putat.
procul dubio cōsūcit: oībus ex proximis eos magis esse di
ligendos: qui & meliores sunt & nobis cōiunctiores. Si
enī dilectionis (ut ante diximus) primū est initū deus: a
quo in nos charitas diffundit: sumusq; nos alterū: qui
diligimus necesse est pfecto maiorem ibi dilectionis in
ueniri affectum: ubi ad utrumuis horū magis quis in
tenderit principiorū.

CXVI. Et si igitē aequa nobis sunt amādi omnes:
quādoquidem oībus oportet nos optare summum illud
bonū. i. beatitudinem illā sempiternā ad quā charitas p
ducit non tamen phibemur quin amicis ac necessariis
quos nobis cōciliauit ipa natura: optare maxime possi
mus: ut cæteris cū meliores siā: tū fæciores. **AEM Y.**
Quid si alius q; ppīquis familiaris ue meliore extiterit?
Vtq; alteri pferendū censes: **HAEDVS.** Evidem

LXXXV.

cū ad charitatē maxime p̄tineat: ut uelit dei iusticiā ser
 uari: q̄ quidē particeps beatitudis sūt magis ii qui sunt
 meliores. utiq̄ his i p̄is debemus q̄ deo p̄p̄i quiores sunt
 maius uelle bonū. i. beatitudis maiore potiorēq̄ gradū:
 q̄ nostris uel domesticis uel necessariis: tā & si nos decet
 nostraq̄ interest: ut nobis qui sunt naturali origine con
 iuncti: eo magis diligamus q̄ cæteros: tū q̄ duce natura
 nostros affectu p̄sequimur intēsore. (Cupidiores enī su
 mis ut hi summū illud bonū assequant̄: quod tamen
 oēs assequi op̄amus: q̄ ut alii meliores maius bonū.) tū
 q̄ bonitas q̄ cæteri deo cōiungunt̄: & accedere quidē
 ac recedere: & augeri minuiq̄ potest. nostri aut̄ sanguini
 s p̄p̄inquitatisq̄ connēxio: nec a nobis discedere: nec
 euelli ullo pacto potest. Sed ne illud quidē omiserim: q̄
 erga reliquos homines uno tātūmodo amicitiae genere affi
 cimur: quæ charitās ē. erga nostros uero præterea plurī
 mis: q̄ alius nobis cōsanguineus ē: affinis ue: alia cōiūx
 alius cōcūlis: familiaris alius: & si quæ sunt aliæ cōiun
 ctionis cause: quæ quidē multæ rep̄iunē: quibus amicitia
 cōtrahi facile & honeste solet: q̄q̄ horum singulī sua
 sunt tribuēda: ac dilectionis erga quēq̄ ita quidē ē ha
 benda rō. ut in quoq̄ amicitiae genere eos qui ad quod
 uis genus p̄tinēt potissimū diligamus. Itaq̄ ut iis quibus
 ip̄a nos generis origo sociauit parētib⁹ ac p̄p̄i quis cæte
 ris p̄ cōiunctionis gradu plus dilectiōis: plusq̄ honoris

atq; opis impendere debemus. ita iis etiā quibus aut res publica nos coniunxit aut militaris. Nam in iis quae ad ciuilem societatem cōiunctionemq; pertinent: magis utiq; conciues q̄ cæteri. in bellicis autem rebus plus cōmilito nes diligendi sunt.

CXVII. AEMY. Non vulgaris illa quoq; quaestio uidetur: quis ne debeat magis liberos diligere q̄ parentem. De q̄ quid sentias: ex te maxime scire cupio. Fuerunt enī qui opinarentur filios diligendos magis: q̄ ut parentes impellente natura plus amant liberos: q̄ ab his amentur. ita quoq; his ipsis benefacere p̄niores soli citio resp̄ sunt q̄ suis ipsis parentibus. Quam quidem ad rem confirmādam: patris nostri dei assiduā summamq; erga nos benignitatem asserebant: q̄ certe constat quāti nos faciat: quos etiā filios appellare nō dignat: nēpe ut tā familiari: tāq; suavi noīe animati: & haberi tales & esse studeremus. **HAEDVS.** Si ea Aemy liane respiciamus quae amantur: nō dubiū est quin id magis diligendū sit: quod & boni maiorem habet rōnem: & similius est deo. Quare parentum dilectionem existimo dilectioni autem ponendam esse liberorum: q̄ respectu principiū atq; originis: parentes a quibus sumus diligere maxime debemus. In quo certe & eminētioris boni & deo similioris nō uersaē. Sin uero amātē respicere cōsiderarecp; ualemus utiq; quod ē huic cōiunctionis: id ab eo magis fa-

LXXXVI.

ciliusq; diligi cōstabit. Cum igit; liberi existant aliquid parentum: nō etiam parentes liberorū. Ac deīde babeāt parentes noticiam filiorū potiorem q̄ hi parentū. Cūq; liberi a parentibus amēt diutius: q; & si uix natum filium pater amat. hūc tamē ille nō nisi longo post tempore & agnoscere incipit & amare. nō negādum est: parentum amorem erga liberos q̄ horum erga illos esse tum maiorem: tum fortiorē. Omni igit; hāc de re ita sentio: originis acceptorumq; benefiorum ratione: patrem a filio sic diligi oportere: ut is illum uereatur: ut colat: ut tueatur: eiq; demum quavis in necessitate constituto: succurrat magnopereq; prouideat. Quae quidem officiorum genera omnia præter honorem atq; cultū deo tantummodo parentibusq; debitum: in filios multo magis multoq; diligentius pater conseret: artioris coniunctionis causa. Magnam autem esse naturæ uim pietatis q; in parentes: ex eo intelligi plane potest: q; plerosq; uidimus pmagnas se penumero iniurias & liberorum & suas fortiter æquōq; aīo tulisse: parentū aut quos nō ad modū amarent: ne minimas quidē ferre potuisse. Sed tamē opinor eū qui reos capitis haberet & parentes & liberos: si ei optio daret: erexitur e morte liberos: persuadēte naturæ uinculo maiore: parentes relicturum.

CXVIII. Ac nō idem fortasse de uxore dixerū: q̄q; iuxta Genesistionū: parentes a nobis reliquēdi sunt:

ut adhæreamus uxoribꝫ. Quod quidē nō ita intelligem
 dū puto: ut parētes deserant̄ oīo: quibꝫ nimirū filius &
 honorē debet & officia p̄terea plurima: sed ut illis a se
 tantūmodo seiūtis nō etiā reiectis: cohabit̄ copulet̄ q̄
 uxori. Quāuis igit̄ dilectio parentū eminētioris cuius-
 dā boni rōne originisq̄ grāia (ut p̄diximus) dilectioni
 uxor̄ p̄ponēda sit. intensius tamen diliḡi uxor̄ solet cō-
 iunctionis causa. Vno eī in corpore duo esse uersariq̄ di-
 cūnē. Sed tamē hoc ip̄o licet cernere parētes q̄ uxorem
 magis esse diligēdos. Nā cū pxior̄ dilectionē præferre
 debeat suo quisq̄ corpori: interq̄ pxios lōge magis sint
 parētes diligendi. restat uxor̄ parentibꝫ nō æq̄i posse
 quā utiq̄ maritus suū ueluti corpus amare debet: nō eti-
 am pximis ante ferre parentibꝫ aut multo minus. Sed tā-
 ta uis ē cōsuetudīs atq̄ thori: ut neater cōiugator̄ que-
 at alterz nō max̄e diligere: si p̄fertim cōiunctione mu-
 tua lētenē: q̄ q̄ eiusmodi amor q̄ ex uoluptate potissi-
 mum oriatur: quid cū charitate habeat cōmune: ne cogi-
 tare quidē scio. Quāobrem illū excusare maius q̄ p̄bare.
CXIX. AEM Y. Non intelligo istāc ænigmata.
HAEDVS. Quānā? AEM Y. Qz iugalē amor̄
 excusare maius q̄ p̄bare: q̄ si in uxore hoc digna noīe
 nō sit alia diligēdi causa q̄ cōsuetudo illa thori maritis
 q̄ notissimā: quā ego ad amādū uxorem uictissimā esse
 statuo: nullusq̄ frugi. **HAEDVS.** Video quodsum

LXXXVII.

iturus es. Sic eī intēdis nō uxoris formā rātū & uenusta
 tē uenereāq; illā uoluptatē amandā: ut fieri in scortis so-
 let: q̄iū pudicitia: ingeniu: mores oēmq; uitæ sanctissimā
 integritatē. AEM Y. Ira ē Sed. & aliud dicere uolui
HAE. Quid. AEM Y. Qz eo potissimum uxor no-
 bis charissima esse debet: q̄ matrimonium nō a natura
 sed a rebus oīum et naturæ pārēte deo inuētū institutūq;
 sit: ubi & naturæ cītra peccatū sanissieri possit: & liberi
 parentū simulacra gigni. Quæ rō tantū afferit in uxore
 beniuolētiae & amoris: ut in societate cōmūnioneq; pie-
 tatis hōestiori loco esse debeat: neq; opus sit tua ista dep-
 catiōe. **HAE.** Vt ita sit: nunq; tamē abduci possum: ut
 parentum pietati non posthabendus sit uxoris amor.
AEM Y. Sed ne illa quidē parua quæstio est. Vt er pa-
 rentū plus a liberis amari coliq; debeat. Cum eī hi cor-
 pus accipiant a matre: ab hacq; amenē plurimum: q̄ &
 pregnās illa multo angore diuturnaq; corporis affli-
 tione atq; molestia: & pārēs inaudito incredibiliq; do-
 lore: ac deniq; alens fouēsq; liberos: assidua tū defatiga-
 tiōe: tū erūna uexet: easq; ob res sola magis filios agnos-
 cat. Ea eī oīa in patre cessant & sunt nulla) quid obsta-
 re potest: quin mātrē liberi plusq; patrē diligere cogant
HAE. At illud certe obstat: q̄ cum parentes ueluti
 principia quādā diligant originis naturalis. habet ta-
 men principii rōnem pater excellentiorem. Est eī ille ut

principium quoddam agens: mater autem deinde ut patiens quoddam: materiam corpori formando suppeditas: quod informe. Taceo quod nonnulli tantum maris semen quod graci sperma vocat: non etiam foeminae: in hois generatura cōcurrere atque adesse uoluerunt. Formatur autem corpus a virtute atque uia: quia patris in semine latere constat: quaeque tam si rationalem nequit animam creare: quod dei quidem est opificium. materiam tamen illa corporalem ad eiusmodi formae susceptionem parat ac disponit. Generatiois igit ratione pater est diligendus magis: quis ea specie amicitiae qua nostri studiolissimos amantissimosque diligimus: plus eum qui erga nos maiore: quod qui minore dilectione labore ue affectus est: amare teneamur. Sed tamen has omnes propinquorum inter se comparationes intelligi oportet: cum per se queritur: uter altero magis secundum naturam diligendus sit: non etiam secundum mores **CXX.** Potest enim inter eos tanta esse uirtutis malicie ue distantia: ut eiusmodi amicitia facile uel minatur uel solua: eamque ob rem accidat: ut qui secundum naturam plus amandus esset: is peccato faciente aut minus amari: aut ne amari quidem: nisi forte per deum mereatur: quandoquidem propterea inimici quoque diligendi sunt. Quod profecto dilectoris genus eo est meriti prioris: quo ad inimicum quam ad amicum diligendum maiore quisque nisi difficultiusque ducitur: cum praesertim Iesus

LXXXVIII.

noster clamet in euangelio: mercedem iis deberi nullam
 qui amicos amat. **AEMY.** At duz id uide: ut qui
 inimicus nos oderit: amico diligentii anteponamus: cum
 præcipue quod melius est: id quoq; deo magis gratum
 existat: atq; iccirco pferendum sit. **Quis** enī dixerit ami-
 cum nō esse imico meliorem? Immo uero quis hunc nō
 malum: qui oderit: illū qui amer esse bonū uirz. **HAE**
DVS Si secundum charitatem Aemyliane cōsidere-
 mus nullā pter deum esse pximi diligendi rōnem. utiq;
 dilectio peminet inimicorū: tum q; alia q; deus diligen-
 dorū amicorū rō esse potest: quod non idem est in dili-
 gendis inimicis: quos certe nō aliā ob causam q; pp de-
 um diligere iubemur: tum q; tam& Si pp deum forsitan
 utriq; diligunē. diuina tamen illa uis quæ animum hu-
 manū exiēdit ad remotiora. i. ad inimicorū usq; dilectio
 nē. nimirū eo ostendit fortior: quo p eā íplemus diffici-
 liora. Nā uitutē etiā ignis maiore eā esse dicimus ac for-
 tiorem: quæ uel calefacit remotiora: uel minus arida: mi-
 nusq; cōbustibilia iuadit & absūmit. **Sin** uero diligēdo-
 rū hoīum erga nos affectū moresq; spectabimū: nō nego
 nostrā í amicos dilectionē q; í inimicos esse & feruentio
 rē & meliorē. Nō eī aliter charitas q; ignis agit: cuius ē
 ppriū: ea fortius uehemētiusq; apphēdere atq; adurere:
 quæ pximiora sunt minus ue repugnāria: q; ea que sunt
 his cōtraria. Nō igīc domini Iesu sic accipiendum est

præceptum atq; sñia: ut si amicos diligemus. nō ppter
gratū deo faciamus. Sed tū dēmū cū aut hos nō ppter
dēū sed aliā ob rem: aut ita eos ip̄os ppter deum existi-
mabimus esse diligendos: ut nō etiā s̄imicos diligamus.

CXXI. AEM Y. Recte tu quidem hac de re: ut
opinor iudicas. Sed illud cupio: ut quādoquidem ea ex-
plicauisti quæ charitate sunt diligenda. quemadmodum
id quoq; faciendum sit: enarrē. HAE. Sed quid ego
enarrē: cū q̄a p̄tissime & in lege ueteri p̄cipiaē et legaē
in euāgelio: in primis dominū dēū nostrū toto corde to-
taq; aīa: tota etiā mente ac uirib; oīo oīib; a nobis esse
diligendū. Deinde p̄ximū quēq; nostrū haud aliter ac
nos ip̄os? AEM Y. Et audiui id hæde s̄epius & legi
Sed tā& si dei p̄ceptum nō impossibile factu putandū est
nō tamē uideo quo id p̄acto ipleri plāe queat. Nā cū in
cognita nequeant amari: a nobis aut̄ deus nō oīo cog-
nosci possit. (Id eī esset illū iam cōphēdi potuisse. cūq;
amor unio sit quædā: nec cor ualeat humanū deo peni-
tius uniri: quippe quē nostro nō dubiū ē corde existere
incōparabiliter maiore. Nec deniq; non absurdū sit di-
cere tātū ab hoīe diligi deū posse: q̄tū se ip̄e deus dili-
git: quē a sese p̄suis p̄fecteq; diligi p̄spicuū est. hoī p̄fe-
cto īpossibilis uide: plēa illa erga deū p̄fectaq; dilectio
HAE. Ne istud quidem haud satis pacute. Sed cum
inter amātem amatumq; ueluti quoddā mediū esse dile-

Ex toto corde. sc̄.

LXXXIX.

Elionem intelligamus. nō ab rē uideat ista ipa de quæsti
 one trifariā disputari ac definiri posse. Si eī trifariū p̄fē
 stūq; hunc diligēdi modū dilectā ad rē putabimus esse
 referēdū. utiq; sic fuerit a nobis diligendus deus: ut quic
 quid ad eū p̄t̄: id totū diligat̄. Sin uero ad diligentē
 maluerimus eiuscē referre modū. certe hoc quoq; pacto
 diligi deus poterit oīo. Quod quidē sit: cū (ut est p̄ceptū)
 tota eū uī quisq; diligit. Id at̄ ego sic accipiēdū cēleo: ut
 oēs aī potentias: ut affectus oēs: ut appetitū sensusq; cor
 poris: ac quicquid ē uiri reliquū: hic ad dei ordīet amo
 rem: eiq; subiiciat. Qz si quis modū diligentis hoīs existi
 mauerit deo esse cōparādum: nīmīz rem īanē atq; im
 possiblē aggrediet̄: coget̄q; tādē idipm negāre: quod tu
 quoq; p̄xime recte p̄ negabas. Cū eī omne bonū sit di
 ligibile natura: idq; q̄to est melius: tanto diligibilius sit
 oportet. quīs nō uideat deū: cuius infinita ē bonitas: esse
 utiq; infinite diligibile: atq; ob id eū a nemine in infini
 tū amari posse: quādoquidē hoīs uim oēm naturalē in
 fusam ue nō infinitā esse cōstat. Sed tamen ut dudū di
 ximus fatendū est deū a nobis hac in uita p̄fecte dili
 gi nō posse: q; & aliquid semp adūt cōcupiscētiæ: quod
 frenari oporteat: & apta illū cognitōe cernere nequea
 mus: q; q; si diligimus. utiq; sequit̄: ut atē cognouerimus
 cognoscamusq;. Præsupponit eī dilectio cognitionē: sed
 eā quæ creatis incipiēs a rebo: tādē in deū ipm tāq; eas.

in auctore teedit. At contra dilectio a deo ueluti a summo
ultroq; fine in iuriu sumes: ad nos delabit: cuius maiorem
hic esse uirum cognitio: manifestu est. Noi enim quod uide-
mus scimus uero: sed quod credimus persuademusq; nobis:
id spamus & amamus. Cum uero pleia fuerit perfecta q; co-
gnitio: id quod in cælesti brâq; illa patria semel est fu-
turus sum pculdubio pceptum hoc de deo plenitudine
charitatis diligendo absolute planeq; impleuiri sumus.

CXXII. AEMY. Satis quidem hac de re mihi a
te factu puto. Sed proximi diligendi non minor extat qua-
stio. Cum enim uulgi sermone illud tritum sit: a se charitatis or-
diné incipe: q; sui dilectio principiū sit eius quæ in al-
iern cōfert: siq; principiū eo potius quod ipso est principio.
pfectisci. quis recte quempiā dixerit: aequa debere posse
uero proximū diligere: ac se ipse: cum persertī se se quisq; non etiā
proximū diligat natura: **HAE.** Ego cum considero istius
mōi pcepto & diligendi rōne & dilectionis modū cōtine-
ri: nequeo negari id q; cōuenientissime datū esse. Illud enim
ostēdit suaderet rō: ut oēs hoīes diligamus: q; & proximi
nostrī recte appellenē & sint: cum p p naturalem diuinā
q; imaginēm: tu p p gloriē capacitatē. Nihil autem refert
utru ne quis dicat proximus: frater: amicus uero. Quæ sa-
ne nota in lege sepe usurpanē. His enim oīb; appellatōib;
idem significat: indicat q; proximitatis gradus. Exponit
quoq; dilectionis modus cum dicit. **Sic** dilige proximū tuū

Sicut et ipsi suū. —

XC.

ut teipm. Quod profecto nō ita intelligi oportet: ut proximū quis aequo ac se diligat: sed ut similiter: idq; trifariā. Ac primum oīum: ut sicut pp deum sese quisq; diligit: sic proximū diligat nimisq; pp eūdē deū: quo eiusmōi dilectio sancta sit. Deinde ut p̄ximo in bonis nō etiā in malis quis aut assentiat aut cōdescēdat: quēadmodū in bonis tātummo satis sibi facere quisq; debet: eoq; pacto recta sit erga proximū iustaq; dilectio. Postrēo ut nō suae uel uti litatis uel uoluptatis causa proximū quis amet. Sed ut si cut sibi ipē bonum & cupit & optat. sic quoq; bonum proxio cupiat atq; optet: eaq; rōne nō facta sit eiusmōi dilectio: sed uera. Qui eī proxio blādiat assentiatq; cap tādāe uilitatis grā aut etiā uoluptatis: is sane ipse se non etiā illum diligit. AEM Y. Ita prorsus existimō: q̄ res fatendū est eū qui sic amat nihil de deo penitus mereri CXXIII. HAE. Quin male mereat potius. Simulat eī decipit etiā quod a charitate quidē maxime abesse debet. Sed de amoris fine ut p̄posuimus tādem nō nihil ē dicendū: q̄q; māifestū est cuiusq; rei finem esse eū fructū qui inde uel sequitur uel p̄cipi cōtingit. Quo enim frui quisq; cupit: id magno p̄e amat. Non autem amaret: si nō id opinaretur esse bonum. Expetit autem bonūm: q; huic inesse quidem fœlicitatem putant. Quae nimisrum iecircō quāritur: expetiturq; ab omnibus: q; qui eā fūerint adep̄ti: ii fœlices beatiq; nō dicātur solū: sed et sint et habeātur

CXX.

ta & si nō quodlibet bonū efficit hominem beatū. sed illud
ratiūmō quod uerū optimū pfectūq; sit. Qui quidem re
ste finis ē dīctus: quoniā ppter hūc cætera uolumus: eū
aut nō nisi ppter ipm. Quāobrē ut hūani amoris finis:
nō aliis esse pōt q̄ miserīa: corruptio: iteritus: q̄ quæ hōa
nec uera nec ppetuā existunt: ea quis maxime pbat &
sequitur: ita charitatis nullus plane aliis excogitari fi
nis potest q̄ deus ipē a quo est: & ad quem refertur.

CXXIII. In quo certe uno nō mō bonum omne
sed uerū ac summū quoq; bonū et cōtineri et esse nō
dubiū est. Nā si id uſq; esse oportet: & in his mūdi rebus
aut inueniri aut esse nequit: ubi nihil pfectū: nihil sta
bile: nihil nō infirmū caducūq; est. utiq; cōstat illud ex
tra mundū esse: eoq; in loco ac uenice: quo nihil sit emi
nētius: nihil pclarius: nihil potētius: nihil deniq; nec iu
cundius: nec fœlicius. Quod si in deum nō cadit: quem
æternū: pfectū: stabilemō dicimus. neq; deus erit ul
lus: neq; summum bonum. Sed deum esse nemo negat:
qui uel aliquam habeat noticiam humanarum rerum.

CXXV. Cadit igit̄ in deū nō tā nomen q̄ res etiā
summi boni: cū pfectū solus natura & sit & appelleat bo
nus. Atq; iō solus uirtutes infundēdo efficere bonos pos
sit: ergo & bōs. Soli eī boni sūnt beati: quandoquidē id
possidēt bonū: quod nequeat auferri. Malī igit̄ oēs mis
eri q̄ externis fortuitisq; hōis delectati: nihil in se habent

XCI.

cui cōfidere recte possint. Qualia igit̄ ista bona sunt in
quit Cicero: quae qui habeat: miserimus esse possit:
AEM Y. Si ergo nō sunt bona: cur ita quæso appellat̄?
HAEDVS. Eam ob rem opinor: q̄ uel a bono deo
p̄pter hoīem effecta sint: uel a plurimis & existimant̄
& habeant̄ bona. Quæ tā & si hoī ad bene uiuendū ali
quid afferri uideant̄. hūc tamē bonū p̄ se nequeūt effi
cere. Quid enim ualent exempli gratia diuītiae sine be
neficiencia liberalitateq̄ in pauperes.

CXXVI. AEM Y. Sed isto modo nē liberalitas
quidē erit illa: si copiæ deerūt. HAEDVS. Nō ideo
nulla fuerit p̄fectio: nec sine sua magnaq̄ mercede: q̄ &
si benignitas in dādis distribuēdisq̄ facultatib⁹ maxime
elucet. beniuolentia tamen unde illa manat ex aīo men
teq̄ proficiſcie. Nō igit̄ minor erit: quæ affectu magna
erit: quāuis alii p̄fit nemini. Satis eī illi sup̄q̄ ē: misere
rī prodesseq̄ omīb⁹ & uoluisse & semp̄ uelle: mō adſit
facultas. Quæ tamen copia propter ſe nullo mō expetē
da eſt: quippe quæ nihil habeat in ſe ueri ac certi boni.
Idemq̄ licet de cæteris fortunæ boīs dicere. Quæ qui
dem habenti erūt nō inutilia: si bene his uerē. Sin uero
male. nō eī ſolū nō proderūt: ſed nocebūt etiam.

CXXVII. Quare nequeo nō mirari: q̄ cū capiſ
ſendæ retinendæq̄ beatitudis una ſit omniū uoluntas.
(omnes enī beati esse uolumus) tot tamen tāq̄ dispares

Sunt ipa de beatitudine snae. Existimat autem Augustinus
 id accidere: nō q̄ beati esse oēs nolit: sed q̄ ubi sit beati-
 tudo: nō oēs norit. Si ei nō nesciret: nō utiq̄ ab aliis in
 animi uirtute: ab aliis in uoluptate corporis: ab aliis atq̄
 aliis alibi atq̄ alibi esse putaret. **AEM Y.** Quo igit̄
 mō amāt oēs: quod nō oēs sciūt: si uerū ē: nō amari posse
 quod nesciēt? **HAEDVS.** Beatitudinem ab oībo &
 amari & quāri certum est. Quā iccirco omnes expetūt
 q̄ eā esse sciūt: q̄q̄ ubi & quā uera illa sit: nō oēs norūt
 Nō igit̄ omnes qui beati esse uolūt: si nō in quo uerse
 beatitudo: ante cognoscāt: beati esse possunt. **AEM Y.**
 Mihi uero uidetur: ne istud quidem cuipiā pdesse ad
 beatitudinem adipiscendam: nisi secundū beatitudis au-
 storē deū uiuat. **Quod qui nō uult.** (nā nolūt plurimi.)
 is certe beatitudinem negligit. Nō igit̄ uerū ē: oēs hoīes
 beatos esse uelle. **HAEDVS.** Immo uero id nō falso
 dicit: tam & si qui uolūt: nō omēs id efficere contendūt.
AEM Y. Nempe nō contendūt: quoniam nō falso ē
 omnes beatitudinem non expetere. Quam qui expetūt
 līcet nonnūnq̄ errant in diligendo sine boni. quodcūq̄
 tamen opinentur bonum: id certe uolunt: uiribusq̄ om-
 nib⁹ psequi & adipisci student: adeptoq̄ fruūtūr: gau-
 dent: letātūr. Itaq̄ mihi uidēt̄ hi potius beati: qui ut
 uolunt uiuūt. Hoc ei pāsto nō falso erit: uē: le: omnes
 beate uiuete: quādo quidem om̄nes ita uolūt: ut quemq̄

XCII.

maxime delectat. **HAEDVS.** Etiā ne si nō recte nos
 fuit! **AEMY.** Vt iqb. Nā iſa nos necessitas huc cōtrah
 dit. Si eī aut re: minime honesta: aut honeste adeptioe
 nō p̄bata quisquā opinet̄ cupiatq; sese beatum fore: nō
 aliud quidem uollet q̄ quod optat. Alioquin eo renolue
 mur: ut fatendum sit quāmpiam se beatum esse uelle: sed
 eundem nolle: si forte non quod uult & optat: sed aliud
 uult penitus & cupit. Quo quid potest esse repugnan
 tius? quid absurdius! **HAEDVS.** At: ut ait Cicero
 uelle quod non deceat idipsum est miserrimum. Nec tā
 miserum est: nō adipisci quod uelis: q̄ adipisci uelle
 quod uon̄ oporteat. Quis igitur ita excus est: ut dicas
 aliquem ideo beatum: quia uiuit ut uult: cum non recte
 uiuit. Qui profecto & si uerum est miser: tamen minus es
 set: si nihil eorum quae perperam uoluit: habere potuiss
 est. Iniquo enim animo uel solo efficit̄ quis miser. Sed
 multo miserior: cum mali cupiditas animi adimpleteur.
AEMY. Quid igitur nos his eripiat ex angustiis?
HAEDVS. Nempe id quod & uerum est: & nemo
 plāe negat omnes hoīes beatos esse uelle: idq; amore ar
 dētissimo expetere: cāq; ob rē certa quosq; cupe: nec quē
 q̄ amare posse: quod oīo quid uel q̄le sit ignorat: nec pos
 se nescire quid sit quod se uelle scit. Ex quo fit: ut beatā
 uitam omnes sciāt: uelit: expetāt. Et si uero beatū omnes
 id quod uolunt̄ habent: nō tamen oēs qui habent quod

ꝝ
 A

Beatus
 ḡm̄is

uolunt: cōtinuo sunt beati. Cōtinuo aut̄ miseri sunt: qui uel nō habent quod uolūt: uel id hākent quod nō recte uolūt. Nō est igit̄ beatus: nisi qui & habet quae uult oīa & nīhil uult hād recte. Ille quippe beate uiuit qui uiuit ut uult: nec male quicq; uult.

CXXVIII. AEM Y. At ne is quidem uideat beatus esse: si forte id quod bonis oībo s̄æpe accidit. paup̄tatem: dolorem: cæcitatem: exilium: seruitutem: cruciatus corporis: multaq; p̄terea id genus quæ casus īportat patiatur. **HAEDVS.** Qui beatus esse nemo potest: qui nō cōmoda fortūæ omnia incōmoda us magno animo īexpugnabiliq; negligat. An nō beatus est: qui nō mō cū fortunæ nō cedit blādienti: uerz etiā cū resistit seuieni: gaudet & lētatur. Nō enim nescit sese nisi pugnādo nisi relūctando: nisi deniq; deuictis fusisq; hostib; non posse coronari. Quæ quidem uictoria pouissimū fortitudine cōstātiaq; cōficitur. AEM Y. Ista igitur beatitudine in animo forsitan esse potest: non etiam in corpore. Ergo nō omnino beatus est: qui uel corpore patitur. His enim ex duob; cōstamus omnes. **HAEDVS.** Fateor id quidem. Nō enim dū in mūdo sumus: cuius mala patimur: nisi firmissimæ cūdam spei fidentes beati sumus. Nō igitur ab re multo ante dixi. Qui hostes uicerit: eū nō iā corona donatū: sed donandū esse. Quod quidem nō ante fuit: q; ē mūdo quis decedat & in cælum migret.

.XCIII.

Tum enim gloriæ coronā immortalitatisq; consecutus:
plane beatus erit. Nā ex quibus beatitudo maxime cō-
stat: quæq; hic esse nullo mō possunt: ea illic ut inquit
Augustinus erūt omnino: ut quē admodum uolet quis-
q; uirat: nēq; uelit: neq; possit male uiuere: nihil cupiat
quod desit: nihil desit: quod desideret: quādoquidē ade-
rit quicquid amabie: nec quod nō aderit: expetet. Eue-
rit enim bonum quicquid ibi erit: & summus deus erit
summum bonū: & (id quod est omniū felicissimum) ita
semper fore certū erit. Quāobrem & si beati omēs esse uo-
lūtus. nō tamen omnium est fides: nec patiētiae adiūtū
um spes: nec charitatis uirtutū parēns reliquæ: quibus
ad sc̄elicitatē illam ueram pueniēt. Itaq; cui hæ deerūt.
sammū aliquod bonū quo se opineat effici beātū posse:
sibi configat statuatq; necesse est: nec aliud quidem q;
quod ad uoluptatem corporis peineat: & in his fortu-
tæ bonis numeret: quæ plerisq; utiles atq; iucundæ &
uidentur & iudicantur.

CXXIX. Non enim semotis ueris illis diuinisq;
uirtutib; quicq; restat quod hic amari appeti ue possit: p̄
ter corporis aut fortunæ bōa: aut ea demū: quibus hæc ip-
sa parari solent. Quæ si etiā beatitudinē quandā posses-
sorib; afferre uideant. hæc tamen nō amplius duret ne-
cessit̄: q; illa aut iure naturæ: aut fortunæ ui tollantur:
aut certe a moriēte possessore deserant: ut raceam q; nec

labore sine maximo queruntur: nec custodiuntur sine cura
solicitudineq; maxia: nec sine perpetuo quodam meu con-
seruan: nec sine dolore tandem incredibili diuturnoq; p-
dunt. Nihil autem tutum esse potest: ubi fortuna domia-
tur. Quam nisi qui contemperit: superabit nemo.

CXXX. Sed ne rede quidem spernet: nisi qui tribus
illis de quibus paulo ante dixi: q; q; theologicas appellat
uirtutibus flagrabit. Flagrabit autem is profecto: qui non modo
mundum: uerum etiam se ipse ita spernet atque abiiciet ut contem-
ni quoque a mundo & negligat & gaudeat. Quae quidem
maxima sunt iudicia deo adhaerentis animi. Quare sum-
mus ille euangelista inquit: omne quod ex deo natum es-
set uincere hunc mundum. hoc est. ea contemnere quae in
mundo bona uiderentur. Victoria autem in fide maxime uerfa-
ri. Ex quo elicitur eum qui mundum diligit: neque charitate
habere neque fidem: eum praesertim charitas (ut diximus) non
aliud sit quam deus. Quemque qui amauerit. is mundum oderit ne
esse est. Non enim ex duobus maxime contrariis alterum ama-
re sine alterius iniuria quisque potest. Hostis igitur alterius
mox fiet: ut adhaeserit alteri. Nam (ut Iesus ipse ait).
Qui non est mecum aduersum me est. Et Ioannes eu-
angelista. Qui uoluerit amicus esse huius seculi: inimicus
dei constituetur.

CXXXI. Scimus igitur duas nobis oculo ppositas es-
se vias. Una quidem uirtutum quae dei est: & in celum ducit.

.XCIII.

Vicioꝝ mundi uē alterā:quæ ad inferos. Vtrā autē deli-
gere uelimus:in nostra ē potestate:q̄q̄ id haud rede pos-
sumus:si nō quis sit rex finis agnoscamus. Sed cū tene-
amus imortales esse aīas:quod multi etiā senserūt philo-
sophorꝝ:& finē rex esse summū siue bonū siue malum
boni uero auctore & fonte deū:quēadmodū e cōtra ma-
li incētore adiutorē ue homicidā illū qui peccat ab ini-
tio diabolum:quiq̄ mūdi huius prīceps esse dicit̄. quis
hēc cogitās tā desipiat:ut malū q̄ bonū & amare & adi-
pisci malit:cū preserū bonus ille deus bonos faciat:his
q̄ summū præmiū.i.beatitudinē tribuat imortale. Alter
uero huic cōtrariis amatores mūdi:atq̄ ideo suos quos
blanditiis deceperit:secum ducat ad summum malum. t.
ad supplicia infinita mortemq̄ ppetuām!

CXXXII. Sit igit̄ hēc in prīmis a peccato ab
stīnēdi cautio:ut tū hos boni malīq̄ prīcipes:ū quid ex
utrouis cōsequi possimus:sæ penūero ante mentis oculos
cōstituamus:uersariq̄ patiamur. Deinde ut toto ei aī af-
fetu adhæreamus p̄ charitatē:quē summi boni largito-
rē ēē scimus. Facile uero adhærebimus:si illo auctore de-
licias aī id quod & rō et natura īp̄a suadet)p̄sequemur
corporis abiiciemus. Sed quis nō intelligat ēē aīum corpo-
re p̄stātore lōgeq̄ p̄ciosiore:cū alter imortalis sit:alterum
mortale:Ex quo fit nimis:ut animus imortalis atq̄
agilis natura immortalibus rebo sublimibusq̄ oblectet̄.

Corpus e cōtra q̄ sua pte natura pōderosum est terraeq̄ adhærens & mortale: nō ab re quidē infimis terrenisq̄ rebus atq̄ ideo p̄itūrus facile sese dederat. Quis igit̄ n̄iſi belua similis nō potius amet sublimia q̄ infima: cælestia q̄ terrena: immortalia q̄ p̄itura: deū q̄ mundū.

CXXXIII. AEM Y. At omnes isto mō belua
 plane sumus. Cedimus enim ut inquis facile corpori.
 Quam quidem ego rem & si ipo uideo usu nō falsam
 esse: ita tamen esse miror. Nā cum maior uis animi sit q̄
 corporis: immo uero corporis sit oīo nulla: n̄iſi quæ ab
 animo p̄ficiſci: q̄ is illud uiuificet: eoq̄ utaꝝ p̄ uolu-
 late: quæ quidē in animo est: nō in corpore: eaꝝ libera.
 quid quæſo cause ē: cur nō magis faciliusq̄ corpori ani-
 mus q̄ aīo corpus dominet? **HAEDVS.** Non una
 tantūmodo istius rei causa: sed plurimæ afferri solēt. Il-
 laꝝ in primis: q̄ cum ut philosophus arbitratur princi-
 piū amoris a uisu sit dubiuꝝ est nemini: quin magis di-
 ligibilia uideātur quæ oculis subiacent q̄ quæ minime.
 Nam illa de quibꝝ iā diximus inuisibilia tā & si uel in
 telle&tu cōſpiciuntur: credūturq̄ magna & summa esse
 quoniā tamen ea nōdūm cernimus: hisq̄ nōdūm frui-
 mur: facile oculorum ſenſuꝝ cæterorꝝ iudicio atq̄ ui-
 discedimus ab illis: irahimurq̄ ad uisa: q̄ ea nobis ſimi-
 liora p̄ximioraꝝ uideantur. Nā h̄is oblectari maxime
 solemus. Altera causa est: q̄ ſuueris bonis p̄ſentia ce-

dēre uix possunt. Rariū enī inueniēt: qui quod habet
 id cōmutandum paret: quae sunt aliquando futura. Dif
 ficile quippe ē: ut quis certis tūm periculis: tūm damnis
 spēm futurāe uite existimet emendām: cū presertim igno
 ret: ea ne habituūs sit quae sperat: & p̄sēntia bona hu
 ic maxime tempori necessaria: nō aut illa uideant. Ter
 ciam sane causam quidā eam esse aiunt: q̄ cum ut in
 quīt apostolus summum bonum quae beatitudo ē aeter
 na: ita quidē excellat: ut ab humano corde quale sit ne
 cogitari quidēm possit: non facile homīes huic student:
 q̄ arduo in loco sūtūm captuq̄ impossibile: quemādmo
 dum id sperare: nedum adipisci queant: non plane a
 nimaduertunt: cū presertim huius bona mundi pluri
 ma: quae tamen alii quondam assecuti sunt: pleriq̄ nul
 la uī assequi poterit: nulloq̄ conatu. Sed impedimen
 ta ista omīa excusationes ue potius sunt eorum: qui a fi
 de: qui a spe: qui a charitate maxime abhorrent: huma
 nisq̄ tantummodo uiribus: non etiam diuino adiumen
 to existimant summum illud bonum obtineri oportere.
 Itaq̄ cur facilius bona corporis q̄ animi sequamur: nul
 lam aliam reō esse causam uerisimiliorem: nisi quia li
 beri cum simus: sed tamen originalis illius culpæ somi
 te: ut ad malum pronī: sic auersi a bono: non difficile
 adhæremus ei ad quod inclinamur malo: quod quidē ī
 corpore maxie uersat. Quis autē meū ait apostolus libe

erabit de corpore mortis huius? Quarē ne ī le quidē & si
 gratia diuina fruebat: nō uel minima quædā p̄ctā uisus
 est admis̄isse. Quod nolo inquit malū: hoc ago. Video
 enī aliā legē in mēbris meis repugnātē legi mētis mea
 & capiūatē me in lege peccati: quæ ē in membris meis.
 Si quidē lex mētis ē rō: peccati uero lex corporis sensuū
 ue appetitus. Nā & si hūc ip̄m nostri (ut ante diximus)
 nō nunq̄ etiā bonā accipiūt in partē: ut cum referunt ad
 intellectum. plerumq̄ tamē solet īs in malā accipi: proq̄
 sensuū morti ponī.

CXXXIII. Oppugnat igit̄ semp rōnē appetitus
 eāq̄ impedit: ne plane sit libera. Idemq̄ in appetitu rō
 moliē. Quō quidē prælio assiduo intestiōq̄ sit: ut distra
 hat̄ animus: ob eāq̄ rē nō quod uolumus: id semp faci
 amus. Facimus aut̄ siue bonū siue malū: cū horz alterz
 inter se familiarū domesticorūq̄ hostiū: alter debellauit
 sibiq̄ ascūuit hoīs arbitriū. Nā eiusmōi certamen non in
 alio quidē penītus uersat: q̄ in suadēdo mēti. Quæ tan
 dē ab altero p̄suasa: refugit alterz. Qui tamē etiā deui
 stus: illām sibi rursus nitiē uendicare: Aq̄ ideo ne so
 litario quidem homini bellum deesse unq̄ potest.

CXXXV. AEM Y. An nō debuit deus: ad quē
 cū optimus existat: certe p̄inet optimā efficere: optimū
 effingere hominem i. talem: qui peccare nullo modo
 posset.

.XCVI.

CXXXVI. HAE. Quid si optimus in circulo factus
diciet: quia peccare potest: & id esse quod maluerit: Nā & si
istā heri questionē ut mihi uideatur dissoluit antonius: cū
inquit nullā uirtutē atque ideo neque laudē neque gloriā ei
accidere ullā posse: qui in bono permanearet: si is malū oīo
facere nequirit: illud tamē addiderit hoīem ea de causa
cōditū fuisse: ut beatitudine frueret: Quod cū ita sit: eū uo
luit deus esse talē: qui quodā suo mō bene mererī de diuīa
liberalitate posset: ut beatus tamē factus: gloria fulgeret apli
ore. Sed ne illa quidē rō pteūda ē: quae ad diuinā ma
xime iusticiā: tū declarādā: tū etiā effereādā ualeat. Quis ei
recte dixerit: nō optimā in hoīe fuisse liberi arbitrii cōdi
tionem: q̄ deus bene meritos efficit beatos. male uero nō
infelices solū: sed aeternū etiā infelices ac miseros.

CXXXVII. AEM Y. Mihi uero uideat nō oīo
æquū ēē: dānari hoīes peccātes: si ad malū, p̄niores natura
nōnūq̄ a mūdo: sed a diabolo s̄epius: a corpore uero ipso
s̄p oppugnat. Quis ei tot tātosq̄ ac tā assiduos hostes s̄p
supare solus possit: HAE. At mihi contra uideat depeca
tionē p̄tī hoīem habere nullā. Nū q̄ ei iustus ille iudex
deus hūc cōdēnaret delinquētē: nisi aduersus tot eius ho
stes: tātasq̄ iſidias atque discrimina lōge p̄stātores ei p̄pug
natōres multoq̄ ualidiora p̄sidia tribuissent. Quis ei nīl
sūt uel negligēt uel p̄digus salutis: deo p̄ferat diabolum
corpus aīo: rōni appetitū: mūdū deīq̄ sūt celo sūt boīs

uiris! Qui cum recte uiuant. nimisrum indicare ceteros
 mō uelint: & que posse uiuere. Est igitur uoluntas que ho-
 mines uel dānat uel coronat: q̄ nemo siat bonus: nemo
 malus: nisi sp̄te uelit. Quorū tamē alterz sine diuīa es-
 se graria: alterz cūm gratia nunq̄ potest. Nā cū minime
 mereri posset homo: nisi uincere aut nullo mō:
 nisi haberet quibus cūm luctaretur: quosq̄ uirtute supe-
 raret. statuit ei deus aduersarios: qui sine ulla securitatis
 illum requie uexarent: ne requirent autem uincere: nisi se-
 se ille uolens dedisset. (Nam teste apostolo.) fidelis est
 deus: qui non patitur nos tentari supra id quod possu-
 mus. Quin etiam facit cūm tentatione prouenium: ut
 possimus sustinere. Non enim mundum diabolum ue-
 permittit: ut quicquid uolunt: quicquid sciunt: quicquid
 deniq̄ habent uirium in nos effundant. Quare tam& si
 corrupta ab origine natura ad malum (ut s̄epe diximus)
 nō etiā ad bonū est p̄cliuīor. diuina tamē gratia spirāte
 que p̄sto est oībus: mō hāc suscipiamus: peccata facile ui-
 tabimus: ea p̄serti que maxime p̄tīescenda sunt morti-
 fera: bonūq̄ d̄pabimur: qui charitatis fructus est uberri-
 mus. De q̄ nō ita est a me quidē disputatū: ut nihil am-
 plius: nihil ue subtilius de ea dici possit: quā oīum uirtu-
 tum diximus esse maximā: q̄q̄ sola summū illud quod
 ab oībus expetit bonum beatitudoq̄ paratur: sed ne ha-
 berer a uobis īhumanior: si que a me scire op̄aremī: ea

.XCVII.

uobis præsentim eflagitantibus non omnino parfecis-
sem. Vos igitur tamdem & hortor & moneo; obsecro etiā:
ita charitati studeatis: sine qua salvi esse non ualemus:
ut nulū aliud amoris genus excellentissimæ huic uitu-
ti anteponendum esse iudicetis.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.

QVINTII AEMYLIANI CIMBRI-
ACI POETAE CARMEN EPI-
GRAPHICON IN TRES
HAEDI ANTERO
TICORVM LIBEL-
LOS AD LEC-
TOREM



Tres sumus hic lector prisca grauitate libelli:

Quos Hædus dominus sustulit aoniis.

Scriptos in Venerē: mollesq; cupidinis arcus:

Quod si nō credis: hoc lege epigraphion.

Primus habet: quid tela: quid arcus signet amoris

Cum facula: & spectris a capite usq; pedes.

Atq; inibi plane miseris ostendit amantes:

Et probrū capti seruitiumq; animi.

Alter quid pueri contraria signa tenentis

Denotet idolum lector ab Hippolyto


Hic aperit plaga: & uulnera curat amantum
 Putria phillyride fortius aemonis:
 Tercius astriferi limen tibi monstrat olympi:
 Quo phaethontæ est uia trita rotis.
 Qua nunc sanctæ animæ: post reddita corpora uitæ:
 Ibunt æthrae lucida in astra poli.
 Quo sit e ire iuuat: mudanas desere curas:
 Desere & aligeri sordida castra ducis
 Quid iuuat affectu lasciuo ducere uitam?
 Et tantu ingratiss uiuere diuitiis?
 Quam melius seruire deo: spes una salutis.
 Hæc homini: multum cætera fraudis habent
 Sol redit: & semper reparat dispensia phæbe
 Annus adest iterum: nos semel occidimus.
 Vis iterum quondam uitales surgere in auras
 Morre obita: & longum uiuere: uiue modo.


ACCVRATISSIME IMPRESSVM
 TARVISII PER GERARDVM
 DE FLANDRIA. ANNO SALV-
 TISM. CCCC. XCII. DIE. XIII. OC-
 TOBRIS. SVB MAGNIFICO
 PRAETORE AVGVSTINO
 FOSCARINI.

FINIS



1192





PREMONITION
PIETatis
CONCILII

Sala
Gab. R

Est.

Tab. AD

N. 8